UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Commentarii que||stionum Tusculanarum

## Cicero, Marcus Tullius

## Paris, 1509

Liber [Tertivs] Philippi Beroaldi Co[m]mentarius In Tertia[m] Tusculana[m].

urn:nbn:de:hbz:466:1-70313

Visual Library

Philippi Beroaldi Cōmentarius In Tertiā Tuſculanā.

Philoſophia Medicina ai.

QVidnam: Non pauciores animi: q̄ corporis morbos eſſe: ſed occultiores tradiderūt ſcriptores idonei ex quo fit vt nō minus neceſſaria ſit aiorū medicina q̄ corporū: & ſicut ad ſanādas corporeas egrotationes q̄ prope infinitæ ſunt excogitata fuerūt malagmata. Emplaſtra colliria cerata cataplaſmata: praſtili catapotia prope innumerabilia. Ita ad ſanādos animi morbos intrinſecus graſſantes inuenta ſunt p̄cepta medeſæqꝫ philoſophorū. Meritoqꝫ Plato & Galienus philoſophiā & medicinā ſorores eē dixerūt: alterā animi: alterā corporis cōſeruatricē: cum philoſophia medicina ſit animi medicina philoſophia corporis. Igitur cum homo ex anima & corpore cōpactus a natura ſit: qui vult cōgruēter natura viuere: is debet nō minus animū curare q̄ corpus: nec minus vitia animi q̄ corporis extirpare. cū animi liniamenta ſunt pulchriora q̄ corporis. vt totus hō ex omni parte integer: cuſtodiatur: verū vt inquit Seneca multi corpora curāt. ingenia pauciſſimi. Corpora in ſagina animi in macie ſunt: culinæ frequētes circa philoſophorū ſcholas ſolitudo. tamē animus corpore ſit p̄cioſior. Merito itaqꝫ in prohemio huiuſce queſtionis cōqueritur. M. Tullius. quod corporis medicinā magis mortales curēt: q̄ animorū. pluris faciētes id quod vilius eſt poſthabito eo: qđ eſt precioſis. & ita hoies mehercule p̄poſteri nucleū omittentes: ſolliciti ſunt circa putamina. De corporis curatione curioſi ſanitatē animi ſuſqꝫ deqꝫ faciūt. oia olim corpori tāq̄ ſeruo p̄ſtabantur: nūc tāq̄ domino parātur. fateor inſitā eſſe nobis noſtri caritatē. fateor nos huius gerere tutelā. ſed nego corpori ſeruiendū eſſe: quoniam multis ſeruiet qui corpori ſeruiet ſic gerere nos debemus inqt Seneca nō tāq̄ p̄pter corpus viuere debeamus: ſed tāq̄ nō poſſimus ſine corpore. Idem alibi p̄cepit circūſcribendū eſſe corpus. & locū animā laxandū hoc autē cōmodiſſime fit medicamentis philoſophiæ: q̄ morbis animi medetur. ſanat cupiditates, liberat a p̄turbationibus. Deorum inuentioni conſecrata. Deis inuentores ſuos aſſignauit medicina & cælo dicauit. ſiquidē eſculapius medicinæ illuſtrator vetuſtiſſimus.

Medicina philoſophia corpora

Corpora inſagina Animi in macie.

Prepoſteri hoies.

Oia corpori tāq̄ domino

Circūſcribe corp⁹.

Eſculapi⁹

Marci Tullii Ciceronis Tuſculanarū quæſtionū. Liber Tertius.

QVidnam eſſe brute cauſæ putem: cur cum conſtemus ex animo & corpore: corporis curandi tuendiqꝫ cauſa quæſita ſit ars eius atqꝫ vtilitas deorū i mortaliū inuētioni conſecrata: animi autē medicina nec tā deſiderata ſit antequā inuēta: nec tātā culta poſtea quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ob hanc ſcientiã in deorum numerũ receptus eſt: auctores Plinius & celſus. Pluribus ſuſpecta & inuiſa. philoſophiã dicit: quæ animorũ medicina eſt. quæ multitudini ſuſpecta eſt. & populos habet vitupera tores. Animo iudicamus: Si diligentius cõſideremus vt inq̄t Auguſtinus. dolor qui dicitur corporis magis ad animã pertinet. animæ

Philoſophia iuiſa turbæ

Anime dolere eſt

cognita eſt nec tam multis grata & probata: & pluribus etiã ſuſpecta & inuiſa? An quod corporis grauitatem & dolorem animo iudicamus animi morbũ corpore nõ ſentimus? Ita fit vt animus de ſe ipſe tũ iudicet cũ id ipſum ꝙ iudicatur ægrotet: Quod ſi tales nos natura genuiſſet: vt eam ipſam intueri: & perſpicere: eadẽqꝫ optima duce curſum vitæ conficere poſſemus: haud erat ſane quod quiſquã rationẽ ac doctrinã requireret: cum natura ſufficeret. nũc vero paruulos nobis dedit igniculos: quos celeriter malis moribꝰ opinionibuſ-

enim dolore eſt nõ corporis: ſicut aũt dicimus ſentẽtia & corpora viuentia. cum anima ſit corporis ſenſus & vita. Ita & corpora dicimus dolentia. cũ dolor corporis niſi ab anima eſſe nõ poſſit. Dolet itaqꝫ anima cũ corpore. Dolet & ſola q̃uis in corpore ſit. Cũ aliqua cauſa ẽt inuiſibiliter triſtis eſt ipſa in corpore incolumi. Dixerũt tamen platonici ex terrenis corporibꝰ moribũdiſqꝫ mẽbris eſſe animæ & metuere & cupere: gaudere & dolere Vnde Virgilius. hinc inquit ideſt ex moribũdis terrenis corporis mẽbris metuũt cupiũtqꝫ dolent gaudẽtqꝫ. ſed theologi aſſerũt animos ab omni etiã corporis labe purgatos cupiditatibus agitari & dolere. Iudicatur. ſ. corpus. Vt eã ipſam intueri. dicebat Socrates oportuiſſe hominũ pectora feneſtrata & aperta eſſe: vt nõ occultos haberent ſenſus ſed parentes ad conſiderandũ. Cõſimiliter ſi virtus oculis cerneretur mirabiles amores. vt inquit plato excitaret ſapientiæ: ſed nimirũ animi noſtri tenebris obſiti & caligine præſſi hebetãtur: vt naturã ipſam perſpicere nõ poſſint. Veriſſimeqꝫ dixit poeta egregius velut nebulã nobis ob oculos effuſam: qua acies obtunderetur. Ideoqꝫ alibi dixit .M. Tullius imbecilla mẽte vim naturæ ꝑ caliginẽ cerui. Item a prima inq̄t etate mirabiliter occulta natura eſt. nec ꝑſpici nec cognoſci põt ꝓgrediẽtibus aũt etatibus ſenſim tarde ue potius quaſi nos met ipſos cognoſcimus. Paruulos igniculos: eſt natura ſic generata vis hoĩs vt ad oẽm virtutẽ ꝑcipiẽdã facta videaẽ hinc in pueris quaſi ſcintilulas videmus: e ꝗbus accẽdi: vt vtar verbis. M. tullii ex libro q̄nto de finibus: philoſophi ratio debet: vt eã quaſi deũ ducẽ ſubſequẽs ad naturæ

Corpora dolentia

Hic metuunt cupiuntqꝫ

Nebula ob oculos.

Semina & igniculi virtutis

perueniat extremũ. Seneca libro.xxiiii.epiſtolarũ ſemina ĩquit nobis ſcientiæ natura dedit: ſcientiã non dedit. Ingeniis. Duo prima genera virtutũ ſunt. Vnũ virtutũ genus eſt: quæ ingenerantur ſuapte natura: ex quo genere eſt docilitas memoria: q̃ fere omnia appellantur vno ingenii nomine eaſq; virtutes q habẽt ingenioſi vocantur. Simul atq;. poſtq̃. In ſũma opinionũ peruerſitate. ſicut corpus vt docet Ariſtoteles in. vii. politicorũ antecedit in generatione animam. ſic pars irrationalis antecedit eã partẽ: quæ habet rationẽ patet id in pueris: q̃bus ſtatim ita & voluptas & cõcupiſcentia inoleſcit. At ratio & mens procedẽte etate in illis natæ ſunt. tradit. Au. gellius quod ante cõſilii & rationis exortũ recens nat⁹ homo imbutus eſt ſenſibus doloris voluptatiſq;: ex quo fit vt in errore verſetur. & opinionibus variis diſtrahatur: quæ ex ignoratione proueniũt. Ideoq; dicebant ſtoici ſapientẽ nihil opinari. Errorẽ. ſuxiſſe vita mortaliũ erroribus inuoluta & tenebricoſa eſt vt merito probemus illud lucretii. o miſeras hominũ mentes o pectora ceca. qualibus in tenebris vitæ. quantiſq; periclis degitur hoc eui quodcũq; eſt: philoſophorũ vetuſtiſſimi obliuionis fluuiũ aliud nõ eſſe aſſerũt: q̃ errorẽ animæ obliuiſcentis maieſtatẽ vitæ prioris: quã hauriũt animæ deſcendendo de cælo. & ideo in terris cũ verũ nõ liqueat opinatur oẽs: quia opinionis ortus eſt memoriæ defectus. delabentes autẽ animæ in corpora per ſpheras planetarũ trahũt ſecum torporẽ ſaturni iracũdiam martis: libidinẽ. Veneris. Mercurii lucri cupiditatẽ: quæ res faciũt perturbationem animis: eoſq; erroribus obcecatos hebetant. ne poſſint vti vigore ſuo & viribus propriis. Macrobius ait animas a Saturno mutuari ratiocinationẽ & intelligentiã: quod logiſticon & theoreticon vocant. In iouis ſphera vim agendi quod practicon dicitur. In martis animoſitatis ardorem. quod thymicon nũcupatur: in ſolis ſentiẽdi opinandiq; naturã. quod αισ φητικον & φανταστικον appellant. Deſiderii vero motum quod επιφυμητικον vocatur. pronũciandi & interp̃tandi quæ ſentiat: q̃d ερμηνευτικον dicitur in orbe mercurii. φυτικον. ideſt naturã plantandi & augẽdi corpora ingreſſu globi lunatis exercere. & ita anima ad hæc terrena

Virtutes a natura ingenitæ

Vita tenebricoſa.

Obliuionis fluui⁹

Quid animæ trahãt a planetis.

Logiſticõ practicõ a ioue.

Thymicõ Phantaſticon.

Epithymeticõ.

Hermeneuticõ

Phyticõ a luna.

ꝗ deprauatis ſic extinguimus: vt nuſquam nature lumen appareat: ſunt enim ingeniis noſtris ſemina inata virtutũ: que ſi adoleſcere liceret ipſa nos ad beatã vitã natura pduceret. nũc autẽ ſimul atq; editi in lucẽ & ſuſcepti ſumus: in omni cõtinuo prauitate & in ſumma opinionũ peruerſitate verſamur: vt pe

corpora deducitur: vbi ad tempus obruitur: & ideo mori creditur. itaq; merito dixit Mar. Tulliꝰ. nos cum lacte nutritio adhuc infantes & ſubrumos ſuggere errores: quibus obnoxia eſt vita mortalium. Verbum vetus eſt fellare. quod ſignificat lac exugere & ſuctu ebibere. ex quo illud lac humanum fellaſſe. Solinus in collectaneis ait. nequaq̄

ne cũ lacte nutricis errorẽ ſuxiſſe videamur. cũ vero parentibus redditi deinde magiſtri traditi ſumus: tũ ita variis imbuimur erroribꝰ. vt vanitati veritas & opinioni confirmata natura ipſa cedat. Accedũt etiã poetæ. qui cũ magnã ſpeciem doctrinæ ſapientiæq; præ ſe tulerint: audiuntur: leguntur: diſcuntur: & inhereſcunt penitus in mentibus. Cũ vero accedit eodem quaſi maximus quidem magiſter populus atq; omnis vndiq; ad vitia con-

mater pullo prebent vbera fellitanda ideſt exugenda: ex qua ſimilitudine tranſiit id verbum fello & fellito in obſcenitatem. factumq; eſt deculpatum. vnde fellatores & fellatrices in obſcenis ſunt. Vt vanitati mendacio ait Marcus Tullius libro primo de officiis: nihil eſſe turpius vanitate a veteribus dicta vanitudo & vanidici homines mendaces & falſi loqui. Opinioni. cum omnia nobis incerta ſint veritaſque demerſa deliteſcat: merito opinio denominatur vincitq; naturam quæ ex inſcientia: quæ multa verſatur in vita: inoleuit idq; probatur ſententia Carneadis & Arceſilæ: qui dicere ſolebant percipi nihil poſſe ſapientemq; opinaturum. vnde opinatores & opinioſi immo opinioſiſſimi philoſophi dicti. Quaſi maximus magiſter populus. maior pars mortalium viuimus ad opinionem vulgi. toti pendemus ex alienis iudiciis. Euntes non quo eundum ſed quo itur. Illa maxime concupiſcimus: quæ populus perinde ac ſumma bona miratur. Vnde merito magiſter maximꝰ dicitur populus: cuius preſcripta ſequimur: qui docet diuitias honores gloriam eſſe expetendam: tanq̄ in his ſumma fœlicitas conſiſtat. Seneca in libro ad gallionem de vita beata ad tumorem inquit componimur: nec ad rationem ſed ad ſimilitudinem viuimus. Argumentum peſſimi turba eſt. Queramus: quid optime factum ſit non quid vſitatiſſimum igitur ſapiens ſe ipſum ſpectare debet: nec errare cum populo: in quo non eſt ratio non iudicium: non prudentia. ideoq; ait Seneca ſe nunq̄ voluiſſe populo placere: nã que probat inq̄t populus ego neſcio Democritus dixit ſibi populũ eẽ pro vno. Nobis imponũt delitiæ populares. dũ ſtupemus ad ea dũ miramur que vulgus adamat: que vera non ſunt bona ſed adumbrata:

Subrumi fugimus errores.
Fellare
Fellitãda vbera.
Vanitudo.
Vanidici.
Opinio ex iſcia.
Opinioſiſſimi
Nõ ſeq̄ndũ eẽ populum.
Populus pro vno

Seneca libro quarto queſtionũ monet luciliũ vt ſe a turba q̃tũ poteſt ſeparet.eſt.n.turba plerũqꝫ turbulẽta. Inficimur. tingimur maculamur:polluimur opinionibus tanq̃ maculis ineluibilibus.Seneca.vitia elui difficile eſt.non enim ingnati ſumus ſed infecti. inde infectores dicti tinctores quos priſci offectores vocant.loca tingẽdi & infecturæ græco vocabulo baphia nominãtur hoc eſt tinctoria. Lãpridius in alexãdro

**Baphia** ait probũ fuiſſe baphiis pre
**dibapha.** poſitũ purpura dibapha : q̄
**purpura.** eſſet bis tincta dicebaẽ erat qꝫ precioſior:quali vtebanẽ magiſtratus in ꝑtexta. ob hoc dixit.M.Tullius epiſtola quadã.nã Curtius noſter

**Dibaphũ** dibaphũ cogitat:ſed eũ in
**cogitat** fector moratur. cũ ſignificare vellet curtiũ hoiem minimi precii aſpirare ad magiſtratũ. Inuidiſſe naturã. Sic ꝓprie & decẽter loquimur.inuideo tibi doctrinas

**Fortuna** Fortuna mihi inuidet diui-
**inuidet** tias.Virgilius inuidet impe
**diuitias** riũ. Plinius. Neqꝫ ego vt multi inuideo aliis bonum quo ipſe careo apuleius.Mihi fortuna diuitias inuidit.

ſentientur multitudo: tũ plane inficimur opinionum prauitate:a natura que ipſa deſciſcimus : vt nobis optimã naturam inuidiſſe videantur qui nihil melius homini: nihil magis expetendũ nihil preſtãtius honoribus imperiis populari gloria iudicauerunt ad quam fertur optimus quiſqꝫ : verãqꝫ illã honeſtatẽ expetens:quam vna natura maxime inquirit in ſumma inanitate verſatur : conſectaturqꝫ nullam eminẽtem effigiẽ virtutis: ſed adumbratã imaginẽ gloriæ:eſt enim gloria ſolida quedã res & expreſſa non adumbrata.Ea eſt conſentiens laus bonorũ incorrupta vox beneiudicantium de excellẽte

**Duplex** Gloria ſolida: duplex gloria altera adũbrata: & expoliari rumore ꝓ-
**gloria** genita ꝓpagataqꝫ:q̄ nec iudicio ꝓuenit nec firma ꝑdurat : quã veluti
**Gloria** vitiũ ſapiẽs minime expetit: altera eſt ſolida & vera ac durabilis:q̄ ex
**Quid** conſenſu bonorũ ꝓducitur:ſicut.n.conſuetudo ſermonis conſenſus eſt eruditorũ vt autumat.Quintilianus ſic cõſentiẽs laus bonorũ gloria appellatur:quã Augu.dixit eſſe iudiciũ hominũ bene de hominibus opinãtiũ hæc non eſt bonis viris repudiãda.Cũ tamẽ ſapiens nõ gloria ſed conſcientia recte factorũ virtutẽ metiatur.De gloria ſcripſimus copioſe in libro de fœlicitate: oſtendẽtes nõ parũ multos ſum-

**M. Tulli⁹** mã fœlicitatẽ in gloria collocaſſe.M.Tul.libros ſcripſit de gloria:qui
**de gloria** ſicuti pleraqꝫ alia tẽporũ calamitate deſiderãtur inter claritatẽ & glo
**Echo** riam hoc intereſt ꝙ gloria multorũ iudiciis conſtat: claritas bonorũ
**Imago** auctor ſeneca libro epiſtolarũ moraliũ duodeuigeſimo. Tanq̃ imago

echo imaginis noīe ſignificať:q̄ reſonat vocibus mortaliū inter mon
tiū flexus & cōcauos valliū ſinus: vbi ſcindiť reſultans aer. q̄ cā ēt vo-
ces multis in locis reciprocas facit: ſicuti in vrbe Cyzico turres ſeptē
acceptas voces numeroſiore repercuſſu multiplicāt nomēq; huic mi-
raculo echo eſt a græcis datū ΗΧο .n. grece ſonus: & ΗΧεω reſono:

virtute: ea virtuti reſonat tāq̄ ima-
go gloriæ. Quæ quia recte factorū
plerūq; comes es nō ea a bonis vi
ris repudianda. Illa autē quæ ſe ei⁹
imitatricē eſſe: vult temeraria atq; i
conſiderata. & plerūq; peccatorū
vitiorūq; laudatrix fama popula-
ris ſimulatione honeſtatis: formā
ei⁹ pulchritudinēq; corrūpit. quia
cæcitate homines cū quædā præ-
clara etiā cuperent: eaq; neſcirent
nec vbi: nec qualia eſſent: funditus
alii euerterūt ſuas ciuitates: alii ipſi
occiderunt. Atq; hi quidē optima
petentes: non tā volūtate: quā cur-
ſus errore fallūtur. Quid qui pecu
niæ cupiditate: qui voluptatū libi-
dine ferūtur: quorūq; ita perturbā
tur animi: vt non multū abſint ab

olympiæ porticus fuit: quā
heptaphonō appellāt: quo- Hepta-
niā ſepties eadēvox reddiť. phonos
In hanc ſniam ait Lucretius
ſex etiam ac ſeptē loca vidi
reddere voces vnā cū iace-
res. Ita colles collib⁹ ipſi ver
ba repulſantes iterabāt ver
ba referti: hęc echo a latinis
dicitur imago. Valerius flac
cus in tertio argonauticon.
Rurſus hylā per longa recla
mat auia. Reſpōſant ſiluæ:
& vaga certat imago: Ora.
quē deū cui⁹ recinit iocoſa
nomē imago. vbi expoſuit
porfirio qđ imago diciť qua Imago.
ſi imitago. ſenſus eſt. ſicut Imitago.
voci reſpōdet echo. i. ima-
go. ita virtuti reſonat glo-
ria iſtar imaginis: quā echo
vocant: quā auſonius dixit
aeris & linguæ filiā. Echo Echo
panos amor & delitiæ eſſe Panos
fertur: q̄ ſignificat harmo- deliciū.
nia cæli: quæ ſoli amica eſt. Comes: vt vmbra verſať circa corpus: ſic
gloria virtutē comitatur: & ē veluti affectatrix recte factorū. Simula-
tionē honeſtatis. vitia cum virtutibus finitima ſint plerūq; fallūt ipſa
proximitate & pro virtutibus obrepūt. vnde fit vt ꝑ temeratio for-
tē. pro auaro parcū vocemus ſic mētitur ꝓdigus liberalē. fallit enim
vitiū ſpē virtutis & vmbra vt inquit ſatyrographus. Qua cecitate: Vitia fini
neſcientes hoīes quæ eſſet vera gloria obcecati fulgore famæ popula tima vir-
ris & cenodoxiæ. i. inanis gloriæ ſe & ſuas ciuitates funditus euerte- tutibus.
rūt. in hanc ſentētiā ait Iuuenalis: patriam tamen obruit olim gloria Ceno-
paucorū & laudis tituliq; cupido. Et mox paulo. exitus ergo quis eſt doxa.
gloria vincitur idem nēpe & in exiliū preceps abiit. Optima petentes

gloriæ cupido & laudis auiditas : in excellētibus animis vigere ſolet: & pletūq; cā eſt vt laudabilia & glorioſa ac maxima facinora a p̄claris
Curatio. viris cōficiātur. Adhibenda curatio: tāq̄.ſ.egrotātibus. curatio.n. proprie medicorū eſt cura reliquorū:auctor donatus. Interdū curatio ad alia trāſfert:ſicut ait. M. Tulli⁹ i orōne de aruſpicū reſpōſis. Multa me mouētQ đ edes telluris eſt curationis meæ. Liuius de eo cui dedicatio edis da
Morbi Animi vitia. ta erat: ſic ſcribit. Curatio altior faſtigio ſuo data eēt. Morbi animi pniciosiores. morbi animi ſunt inuetera‑ta vitia & dura vt auaricia vt ambitio nimia. morbus eſt: vt inquit Seneca vitium in prauo pertinax tāq̄ valde expetenda ſit: q̄ leuiter ex‑petenda ſunt affectus vero ſunt motus animi improba biles ſubiti & concitati qui frequētes neglectiq; faciūt morbū. Idē libro ſecūdo de ira cōcinit Ciceroni his ver bis: hac cōditione nati ſu‑mus. Aialia obnoxia: nō paucioribʼ ai q̄ corporis morbis. Genera āt morborū corpaliū ſupra
Morbi ſup̄.ccc. trecenta ſunt: vt inquit Plinius in.xxvi.& quotidie noui morbi graſ‑ſantur qualis gemurſa irrepſit tiberii principis principatu inter digi‑
Gemurſa tos pedū naſcēs: qualis lichen ſiue mētagra a mēto incipiēs occupās
Mētagra q; totos vultus. Cyrenaici philoſophi corporis dolores q̄ animi dete‑riores arbitrātur. ſicut voluptates corporis maiores. contra epicurus
Triſtitia ſentit animi dolores grauiores eē q̄ corporis. carmē.n. p̄ſēti tātūmō
Egritu‑do. dolore affici: aīum vero & p̄terito & p̄ſenti & futuro. Anim⁹ eger.e‑gritudine affectus: q morb⁹ ai ē ex opinione magni mali p̄ſentis vt in fra latius dicet. eccleſiaſtici doctores triſtitiā appellāt ꝓprie vt egrota tio ī corpore ſic egritudo i aio nomē habet nō ſeiūctum a dolore. Et cupiditate. q cupit aut metuit iuuat illū ſic domus aut res vt lippum pictæ tabulæ fomēta podagrā. nihil deſideres inqt Seneca ſi vis ꝓuo
Cupidi‑tas vna furiarū. care iouē nihil deſiderātem: hæc vna eſt ex tribus furiis: quæ mentes mortalium & precordia lancināt ac diuellunt, nec tranquille viuere premittunt. Qui vero: quomodo. Animus inuenerit: argumētum

inſania: q đ iſipiētib⁹ cōtigit oībus his nulla ne eſt adhibēda curatio: Vtrū ꝙ min⁹ noceāt aī ægrotatio nes quā corpis? an q đ corpa curari poſſint: aīorū nulla medicina ſit? At & morbi pnicioſiores pluresq; ſūt aī quā corpis: hi.n. ipi odioſi ſunt: quod ad aīum pertinēt: eūq; ſolicitāt: animuſq; æger vt ait En‑nius ſemp errat: neq; pati neq; per peti poteſt. cupere nūquā deſinit q bus duobus morbis: vt omittā a‑lios: ægritudine & cupiditate: q tā dē poſſunt in corpore eſſe grauio‑res? qui vero probari poteſt: vt ſit

potentiſſimū:ſi animus inuenit medicinam corporis tanto magis de buit inueniſſe medicinam: qua ſibi ipſi mederetur. cum tunica pallio propior ſit vt dicitur cum nihil penſius cariuſq; animo eſſe debeat q̄ ipſemet. Ipſa corpora & natura. corpus quod bene conſtitutum eſt & robuſtum facilius ſaneſcit:q̄ corpus male habitum. Vnū illud com= primis ſeruandum eſſe præ cipit Hyppocrates in pro= noſticis & i tertio Cor.cel= ſus.vt egri vires ſubinde aſ ſidens medicus inſpiciat at q; perpendat. Ideoq; vtili= or medicus eſt amicus q̄ ex= traneus: qui egroti mores naturam ꝑ cognouerit: di= xit Hippocrates dandū eſſe aliquid regioni etati & con ſuetudini. Continuo: ſta= tim. Nec conualeſcant: i= mo econtrario multi quo= tidie curantur a medicis & pereunt multi ſine medici conſilio degentes proſpera valitudine vtuntur. Diſcūt .n.medici vt inquit ſapien= tiſſime Plinius periculis no ſtris. Et experimenta per mortes agunt. medicoq; tantum hominem occidiſſe ſumma impu= nitas eſt. nulla lex punit inſcitiam capitalem notiſſima eſt illa infœli= cis monumenti inſcriptio turba medicorum ſe periſſe: palamq; eſt medicum imperatorem vitæ noſtræ neciſq; fieri. milia gentium ſunt quæ ſine medicis degunt. ſicut po. romanus vltra ſexcenteſimum annum: quod ſi aliquando egrotus conualeſcit. dicam ꝙ Auſonius euadit fati ope non medici. Petendum eſt foris auxilium corporis egroti petitur foris. propterea quod extrarius medicus adhibetur:& medicamēta ipſa vſq; ab indis petūtur.hinc illud plinianū.nos nec in dicarū arabicarūq; merciū aut externi orbis attingimus medicinas: non placent remediis tam lōge naſcentia:medicina vero animi intus petenda eſt nō foris:hæc aūt eſt philoſophia:cuius p̄cepta in aio ſunt veluti medicamēta ipſi⁹ animi ſalutaria. Itaq; nobis metipſi mederi poſſum⁹ nō indigi opis externæ:attamē dixit Galen⁹: q vult curare aim: prius curet corp⁹: qm̄ ſine fulturis corporis anim⁹ vix ſuſtineat.

mederi aius nō poſſit cū ipſe medi= cinam corporis animus inuenerit: Cūq; ad corporū ſanationē multū ipſa corpora & natura valeat: nec omnes q ſe curari paſſi ſunt conti= nuo etiā cōualeſcāt. Animi autē q ſe ſanari voluerunt preceptiſq; ſa= pientiū paruerint ſine vlla dubita= tione ſanētur. eſt ꝓfecto animi me dicina philoſophia cuius auxilium nō vt i corporis morbis petēdū ē foris oībuſq; opibus viribuſq; vt noſmet ipſi nobis mederi poſſim⁹ elaborandū ē. Quāq̄ de vniuerſa philoſophia q̄tope & expetēda & colēda eēt ſatis vt arbitror dictū ē

Tunica pallio propior

Vtilior medicus familiaris

Medico hoiem oc cidiſſe im punitas

Gētes ſi= ne medi= cis degē= tes.

Medici= na animi intus

Curans animū curet

In hortenſio: iulius capitolinus autē librū cui titulus eſt hortenſius ſcriptū eſſe a cicerone ad exēplū ꝓtreptici. ſignificat aūt protrepticus vt verbū intelligas iulii capitolini nō protritū. Inſtructiuū & exhortatoriū. ſymachus in epiſtolis: indulge ſtilo: aliqd didaſcalicū ſeu protrepticū ſcribe. Et auſonius libellū inqt inſtar protreptici luſerā. hic eſt ille hortenſius iulianus ex cuius lectione inflāmatus eſt diuus Auguſtinus adhuc adoleſcētul⁹ ad philoſophiā ardenti ſtudio capeſcendā. Annotandū librū illū ciceronis qui circūfertur inſcriptus hortēſius nō eſſe hūc hortēſiū: de quo in p̄ſentia loqmur. De maximis reb⁹ .ſ. ad philoſophiā ptinētib⁹ vt fuerūt libri academici. vt volumina de finib⁹ bonorū vt opus de natura deorū. & alia hoc genus. In academia M. tullius habuit villam noie academiā ab exemplo platonicæ academiæ: vbi compoſuit volumina eodē noie: vbi monumentū ſibi inſtaurauerat. hic ſignificatur gymnaſiū in tuſculano: qđ vocabat academiā ſicut alterū gimnaſiū appellabat in eodē tuſculano lyceū a noie ſcolæ ariſtotelicæ: de quo in primo de diuinatione ſic refert: nup cū eſſem cū qnto fratre in tuſculano diſputatū eſt: nā cū ambulādi cā in lyceū veniſſemus. id. n. ſuperiori gymnaſio nomē eſt. lyceū āt media ꝓducta enūciādum eſſe docet idē. M. tullius hoc verſu. Inqꝫ academia vmbrifera nitidoqꝫ lyceo: vbi academia penultimā ꝓducit: ſicut in carmine hoc laureæ tulii: atqꝫ academie celebratā noie villā: verū claudianus & ſidonius penultimā corripiūt ſicut vulgo quoqꝫ vſurparur. verſus claudiani hic eſt. in latiū ſpretis academia migrat athenis. Sidonius apollinaris ait. Obruet & q̄q̄ totis academia ſectis. Deſcendimus. oſtēdit gymnaſiū academię fuiſſe in parte inferiore tuſculani: ſicut lyceū erat in ſuperiore. In ſapientē egritudo. ſtoici talē dicūt eē ſapiētis animū qualis eſt mūdus ſupra lunā ſerenū. ſ. imperturbatū: defecatū quē nulla perturbatio obnubilet. nulla triſtitia obturbet. Laudantqꝫ in ſapiente apathiā hoc eſt impaſſibilitatē. tāq̄ ſapiēs nihil cupiat. nihil doleat. nihil iraſcat: nihil gaudeat: cōcluſiūcula ſtoicorū eſt. Qui ſapiēs eſt im

in hortenſio. de maximis autē reb⁹ nihil fere intermiſſimus poſtea nec diſputare nec ſcribere: his autem libris expoſita ſunt ea quæ a nobis cū familiaribus noſtris in tuſculano erant diſputata. ſed quoniam duobus ſuperioribus de morte de dolore dictū eſt: Tertius dies diſputationis hoc tertiū volumē efficiet Vt. n. in academiā noſtrā deſcendimus inclinato iam in poſt meridianū tēpus die popoſci eorū aliquē: qui aderāt. cauſam diſſerendi. tū

Corpus ꝓtreptic⁹ quid.
Hortēſi⁹ Tullian⁹.
Acadēia ciceronis
Academia in tuſculano.
Lyceū academia penultima lōga
Animus ſapiētis vt mūdus.
Apathia
Cōcluſiūcula ſtoicorum.

res acta ſic eſt. A. videtur mihi cadere in ſapienté egritudo. M. Nũ reliquę quoq; pturbatões animi formidines: libidines: iracũdiæ? Hæc .n. fere ſunt eiuſmodi: quę gręci pathe appellāt: ego poterá morbos: & id verbũ eſſet e verbo: ſed in cõſuetudiné noſtrá nõ caderet. nam miſereri: inuidere: geſtire: letari: hęc omnia morbos græci appellāt: motus animi rationi nõ obtéperátes. nos auté hos eoſdé motus cõcitati animi recte vt opinor perturbationes dixerimus. morbos auté nõ ſatis vſitate: niſi quid aliud tibi videtur. A. mihi vero iſto modo. M.

perturbatus eſt: qui impturbatus eſt ſine triſtitia eſt: q ſine triſtitia eſt beatus eſt. Ex quo colligũt ſapiētē beatũ eſſe. duæ aũt ſunt ſententię philoſophorũ de his animi motibus: quos greci pathe noſtri pturbationes: q̄dā affectiones vel affectus. eccleſiaſtici vero paſſiones vocāt has ergo pturbationes platonici & ariſtotelici dicũt etiā in ſapiētē cadere. ſed moderatas rõniq; ſubiectas. ſtoicis āt cadere vllas oīno huiuſce in ſapiētem paſſiones nõ placet: aduerſus quos reclamat ipſa natura. & ſectatores eiuſdē ſectæ refragātur. nā epitet⁹ in ſtoica diſciplina celebratus. quem Au. gel. maximũ ſtoicorũ appellat. ſcripſit ex decretis ſtoicorũ accidere animo ſapiētis pturbatiões: q̄ & ariſtippi philoſophi exemplo cõprobat̃ q in nauigio a tēpeſtate deprenſus timuit & expaluit: vñ interrogatus a quodā quare phõphus timeret: cũ ipſe cõtra nihil timeret. feſtiuiter reſpõdit nõ eādē ſibi & illi cauſam eſſe. quoniā is nõ eſſet magnopere ſollicitus ꝓ aīa neq̄ſſimi nebulonis. ipm āt ꝓ ariſtippi aīa timere. Egritudo a cicerone dr̃: quā triſtitiā alii ſicut Seneca & Auguſtinus appellāt: dolorē Virg. vbi ait gaudētq; dolētq;. hæc āt triſtitia repit̃ in bono apud eccleſiaſticos doctores. & docet Aug. i. xiiii. de ci. dei. ꝓpoſitio diſcipuli eſt ſcđm academicos: q dicũt in ſapiētē cadere triſtitiā & reliquas pturbatões. Reſpõſio ciceronis eſt ex decreto ſtoicorũ q apathē. i. ipaſſibilē dicũt eſſe ſapiētē: & apathiā ꝓbāt. Id verbũ eſſe de verbo: De verbo græco pathe exp̄ſſius verbũ latinũ eſt paſſiones q̄ morbi: ſed cũ paſſio ſit dictio parũ ꝓba. Maluit Cicero morbos: ſiue pturbatões interp̄tari q̄ paſſiones: nomē paſſionũ ad eccleſiaſticos & apud neotericos: vſitatiſſimũ. Geſtire: geſtire eſt leticiā habitu corpis & geſtu ſignificare: ſicut grāmatici tradũt. dixit Terē. ipm geſtio dati mihi in cõſpectũ expoſuit donatus plus eē geſtio q̄ volo.

Morbos nõ ſatis vſitate. Dictũ eſt ſupra morbos i aīa dici vitia iueterata & dura: vt eſt auaricia: vt ambitio nima ꝓprie autem morbus

πάθη
Perturbationes.
Affectiones.
Paſſiones
Epictet⁹.
Exēplũ ariſtippi.
Dictum ariſtippi
Triſtitia in bono.
Apathes.
Paſſiones
Geſtire
Morbus quid.

corporalis eſt:qui ita difinitur morbus habitus eſt cuiuſcūq; corporis contra naturā qui vſum eius faciat deteriorem: alias in toto corpore alias in parte accidere ſolet:ſuper quo iuriſconſulti copioſius ſcribūt ad edilitiū edictū:in libris quoq; iuris peritorū ſcriptū eſt morbum & vitiū diſtare quod vitiū perpetuū: morbus cū acceſſu diſceſſuq; ſit:

Vitiū perpetuū.

hæc ne igitur cadere in ſapienté putas? A. prorſus exiſtimo. M. ne iſta glorioſa ſapientia nō magno exiſtimāda eſt:ſi quidé non multū differat ab inſania. A. Quid tibi omnes ne animi cōmotio videtur inſania. M. Non mihi quidé ſoli:ſed id quod admirari ſepe ſoleo: maioribus quoq; noſtris hoc ita viſum intelligo multis ſeculis ante ſocratem:a quo hęc omnis: que eſt de vita de moribus philoſophia manauit. A. quonā tandē modo. M. q nomen inſaniæ ſignificat mentis egrotationem & morbū id eſt inſanitatem & egritudinē animi:quam appellarunt inſaniā. Omnes autē perturbationes animi morbos philoſophi appellant: negantq; ſtultum quēquam his morbis vacare. qui autem in morbo ſunt ſani non

Ne valde

Heccinæ:hæc ne: ſcilicet perturbationes: næ: certæ valde affirmatiua particula eſt.

Paradoxon:

Videtur inſania: paradoxon ſtoicorum eſt οτι ϖαρτεσ οι μωροι μαιρορται. ideſt omnes ſtultos inſanire:

Stultos inſanire

ex qua doctrina eſt illud oratianū: o bone te ne fruſtere inſanis & tu ſtultiq; prope omnes: eſt poſt paulo: quē mala ſtultitia & quécūq; inſcitia veri cecum agit inſanum chriſippi porticus aut grex autumat : hæc populos hæc magnos formula reges excepto ſapiente tenet. Nomen inſaniæ : in particula

In priuatoria particula.

eſt vt dialectici dicunt priuatoria: vnde inſanus dictus : qui non eſt ſanus hoc eſt prudens & inſania vbi non eſt ſanitas mentis: quę in tranquillitate quadā ponitur : ſicut enim humanitati inhumanitas dignitati

Inſania ſanitati cōtraria

indignitas opponitur : ſic inſania & inſanitas ſanitati contraria eſt: cum inſania nihil aliud ſit:q̄ priuato ſanitatis & ſapientiæ: ſicut ſtulticia nihil aliud eſt vt inquit Boetius in commentariis topicorum:niſi ſapientiæ & rationis abſentia. Stultum morbis vacare: ſi ſtultitia eſt priuatio ſapientiæ & rationis. Colligitur ſtultum eſſe inſipientem & quod conſequitur malum : & quod huic connexum eſt vitioſum:

Stultus oīa vitia habet

nam vt inquit Seneca li.iiii.de beneficiis:qui ſtultus eſt malus eſt: qui malus eſt:nullo vitio caret:ergo ſtultus omnia vitia habet:ſed non in omnia natura pronus eſt:alius in auaritiam:alius in luxuriam:alius in

petulantiam inclinatur . Dicimus omnes ſtultos inſanire nec tamen
omnes curamus heleboro: nunc Cicero per ratiocinationem colligit
inſipientes inſanire. Amentiam: ab.a.particula priuatiua & mente a= Amentia
mentia dicta:quaſi ſine mente hoc eſt conſilio animoq;:quo ſapimus.
Nam vt ait Lucretius:conſilium quod nos animum mentemq; voca Conſiliū
mus: eadem dicitur demē= mens.
tia: quia de habet vim mi=
nuendi:vt decreſco deſipio
dehoneſto:interdum parti=
cula auctiua eſt & valde ſi= De au=
gnificat : vt deamo demi= ctiua
tor.Deiero. Dementire ver p̄uatiua
bum vetus eſt: quod ſigni= Demen=
ficat delirare & inſanire.Lu tire
cretius.Dementit enim de=
liraq; fatur : quidam dicere
malunt dementare vt apu=
leius in magia. Confeſſa eſt
ſeſe mea magia in amorem
inductam dementare: in a=
ctibus Apoſtolorum de = Demen=
mentare non tam ſignifi = tare
cat dementem eſſe: q̄ face=
re dementes: ſic enim ſcri=
ptum eſt. Attendebant e=
um : propter quod multo
tempore magicis ſuis de =
mentaſſet eos . Animus
in morbo : ſicut corpus in
morbo ſanum dici non po
teſt : ſic animus in pertur=
batiōe: qui morbus animo
rum eſt poſitus: non eſt ſa=
nus. Conſimiles enim ſunt
ſanitates & morbi aīoꝝ at=
q; corpoꝝ. Quā greci μω
ροσ græce dicitur ſtultus.
αφρωρ inſipiēs. μαρια Moros
inſania: furia. μαρικοσ Menia
inſanus furioſus. μαιρο=
λησ inſanus. μαιρομαι

ſunt: & omniū inſipientiū animi i
morbo ſunt. Omnes inſipiētes igi
tur inſaniunt ſanitatē enim animo
rum poſitā in tranquillitate quadā
conſtantiaq; cenſebant : his rebus
mentē vacuā appellarunt inſaniā:
propterea ꝙ in perturbato animo
ſicut in corpore ſanitas eſſe nō poſ
ſit. Nec minus illud accute: quod
animi affectionē lumine mentis ca
rentem nominauerunt amentiam:
eandēq; dementiam: ex quo intelli
gendum eſt nos qui hæc rebus no
mina poſuerunt: ſenſiſſe hoc idem
quod a ſocrate. acceptū ſtoici dili=
genter retinuerunt omnes inſipiē=
tes eſſe nō ſanos. qui enim animus
eſt in aliquo morbo:morbos autē
hos perturbatos motus: vt modo
dixi philoſophi appellant:non ma
gis eſt ſanus: quā id corpus quod
in morbo eſt.Ita fit vt ſapientia ſa
nitas ſit animi: inſipiētia autē qua
ſi inſanitas quædam quæ eſt inſa=
nia eadēq; dementia. multoq; me=
lius hæc notata ſunt verbis latinis
quam græcis:& aliis quoq; multis
locis reperitur : ſed id alias. nunc
quod inſtat. Totū igitur id queri=
m⁹:quid & quale ſit:verbi vis ipſa

inſanio:tamen hæc non tam concineret congruēterq; dicuntur.ſicut
a latinis inſipientia inſanitas dementia:quæ ſignificāt quādā priua=
tionē animi ſanitatis:cū illa græca furorē magis deſignēt. Exiſſe de
Potētiſſi= poteſtate:ille potentiſſimus eſt auctore Seneca:qui ſe habet in poteſta
mus qui. te:& ſibimet imperat:qui rōni tanq̄ reginæ obſequitur:libidinoſi ve=
ro inſani perturbati iracun
di: compotes ſui non ſunt.
Ideoq; exiſſe ex poteſtate
dicuntur: quia non ſunt in
poteſtate mentis ſuæ : nec
animo reguntur:nec conſi=
lio cohibentur:nec rationis
freno ſuffrenātur: vnde ira
ab eo quod eſt ire dicitur :
eo q̄a ſe eat:qui iraſcitur &
furit. Iracundia vlciſcen=
Libido di libido.i. cupiditas eſt eni
generale libido vt inquit diuus Au=
vocabulū guſtinus generale vocabu=
lum omnis cupiditatis:vn=
de libido dominādi:libido
gloriandi:quæ iactantia nū
cupatur: interdum honeſtū
vocabulum eſt: vt apud Sa
luſtium: in decoris & milita
ribus equis libidinem habebant:Ariſtoteles ait iram eſſe cupiditatem
doloris reponendi:quidam dixerunt eſſe breuem inſaniam:cui ſenten
tiæ ſubſcribit illud Oratianum: ira breuis furor eſt. Senecæ finitio eſt
Ira quid. iram eſſe cupiditatem penæ exigendæ:quod quadrat cum Ciceroně
& aliis qui definiunt iram eſſe vlciſcendi cupiditatem : differt ira ab
Iracūdia. iracundia: nam ira vt docet Donatus ex cauſa eſt:iracundia ex mori=
Iratus q. bus & vitio multum iraſcentis:ſic iratus & iracundus differunt: po=
Iracūdus teſt enim iratus non eſſe iracundus:poteſt iracūdus aliquando iratus
qui. non eſſe:vſurpatiue iracundia ponitur pro ira:vt hic & aliubi ſepe fe=
ras:ira carere dicunt & omnia præter hominem: quod dixit Ouidius
non aper iraſci meminit : poetice magis q̄ vere dictum accipe iraſci
enim dixit pro incitari impingi : habent enim muta animalia impul=
ſus quoſdam ſimiles affectibus humanis:affectus non habent: nec ma
gis ſciunt iraſci q̄ ignoſcere: ira perturbat aurem:effrenat animū:im=
pellit in furorem impingit in preceps:ratione omni valentior: eſt me=
ritoq; iracuudus dictus exiſſe de poteſtate : nec eſſe ſui potens :

declarat:eos enim ſanos itelligi ne=
ceſſe eſt: quorum mēs motu quaſi
morbo perturbata nullo ſit: q cō
tra affecti ſunt :hos inſanos appel=
lari neceſſe eſt. Itaq; nihil melius:
Q uā quod eſt in cōſuetudine ſer=
monis latini cū exiſſe de poteſtate
dicimus eos:qui effrenati feruntur
aut libidine :aut iracūdia quáquá
ipſa iracundia libidinis eſt pars: ſic
enim diffinitur:iracūdia vlciſcendi
libido. Q ui igitur exiſſe ex poteſta
te dicūtur:iccirco dicūtur. quia nō
ſint in poteſtate mētis: cui regnum
totius animi a natura tributum eſt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Græci maniam. Medici maniacos vocant furoris morbo laboran- *Maniaci.*
tes: quoniã mania dicitur inſania & furia: latini melius: qui inſaniã a
furore diſiũgunt: quoniam haud dubie aliud eſt furere aliud inſanire.
Volũt. ſ. diſiũgere inſaniã a furore. Melancholiã: latine melancho- *Melancholia.*
lia: vt verbũ exprimatur ex verbo dicitur nigra cholera: hoc eſt atra

græci auté inſaniá vnde appellant
nó facile dixerim. eá tamen ipſam
diſtinguimus nos melius quá illi:
hanc enim inſaniá quæ iũcta ſtulti
ciæ patet latius: a furore diſiungi-
mus. greci volũt illi quidé ſed pa-
rũ valent verbo: qué nos furorem
meláchol'á ipſi vocãt: quaſi vero
atrabili ſolũ més ac nó ſepe vel ira
cũdia grauiore: vel timore vel do-
lore moueat. Quo genere Atha-
máthé: Alcmeoné: Aiacé: Oreſté

bilis: quæ ſepe in furorem
agit: hominẽ: ſed parũ ſigni
ficãtur videtur græci nomi
ne melancholiæ furoré ex-
primere: cũ nõ ſolũ atra bi-
lis: ſed iracũdia timor aliæq;
perturbationes mẽtẽ vexẽt
& furore pturbẽt: melãcho
lia hoc eſt atra bilis ſimilis *Atra bilis ſimilis vino.*
eſt vino eiuſdẽq; naturæ: nã
ſicut vinũ varios reddit ho
mines: & alios facit q̃ribũ- *Nota vini vim*
dos: alios hilares: alios furẽ
tes ac inſanos: alios ſomni-
culoſos: imo vt vnũ homi-
nẽ interbibẽdũ moribus va
riis immutat: ſic atra bilis facit ſtolidos excandeſcẽtes loquaces atto
nitos ſuper qua re copioſiſſime ſcitiſſimæq; ſcribit. Ariſtoteles in pro
blematis encycliis. Quo genere athamantem: cor. celſus libro tertio *Enchlyclia pblemata.*
de medicina plura eſſe ſcribit genera inſaniæ: cũ ex phreneticis alii hi-
lares: alii triſtes ſint: alii facilius cõtineantur: & inter verba deſipiant:
quidã vt idem ait imaginibus nõ mente fallũtur: qualẽ inſaniantẽ aia *Genera inſanie.*
cem vel horeſtẽ poetarũ fabulæ ferunt vulgata quoq; fabula eſt de a
thamante: cui iuno furorẽ talẽ immiſit: vt filios ſuos vellet occidere: *Furor athamãtis*
qui cũ learchũ vnũ ex filiis extinxiſſet vxor ino maritum ſuũ furore
cõſpiciens ſeſe cũ melicerte altero filio p̃cipitẽ dedit in mare: quæ in
marinã deã cõuerſa vocatur mater matuta a noſtris: leucothea a græ
cis: filius portunnus & palemon: qđ in primo cõmentario fuſius expli *Alcmeon matricida*
catũ eſt: almeonẽ amphiarai filiũ ſatis clare furore agitatũ eſſe ob ma
tricidiũ: matrẽ enim eryphilen: necauerat ex mandato patris: & apolli *Argos amphilochicũ.*
nis iuſſu: quia illa nõ ſolũ monile acceperat in necẽ amphiarai: ſed &
peplũ quoq; ob filii interitũ: ex quo ſcelere correptus eſt furore: vt
oreſtes matricida: ſupra dixim⁹ duce alcmeone epigonos thebas dir *Vbi purgatus oreſtes.*
ruiſſe: ſunt auctores & memorat ſtrabo argos amphilochicũ cõditum
fuiſſe ab alcmeone: & a nomine fratris amphilochi: amphilochicum
dictum. De oreſte matricida inuulgata ſunt omnia: qui poſt parrici-

dium furens ex reſponſo didicit quod ira demū poneret furorē ſi re-
parata ſorore iphigenia ablueretur fluuio: qui ſeptē fluminibus con-
funderetur. Itaq; diu vexatus cum ad fines rheginorū perueniſſet ibi
inuento flumine prædicto elutus purgatuſq; eſt: vbi ahænū diu fuiſſe
enſem: & ab eo edificatum apollinis templū ferunt: memoriæ quoq;

furere dicimus: ita ſit affectus cum
dominū eſſe rerū ſuarū vetant vn
decim tabule. Itaq; non eſt ſcriptū
ſi inſanus: ſed ſi furioſus eſſe incipit
Stultitiam enim cenſuerunt incon
ſtantiam .i. ſanitate vacantē: poſſe

proditum eſt oreſtiadē orā
ab oreſte occupatam nomi
natāq; fuiſſe cum ceſa ma-
tre exul ꝓfugeret: cūq; op-
pidū condidiſſet agros ore
ſticum de ſuo nomine vo-
caſſe refert lampridius ore
ſtem purificaſſe ſe apud tria
flumina circa hebrū: & ore-
ſtem vrbem condidiſſe: quā ſepe cruentari hominū ſanguine neceſſe
eſſet: quā poſtea Hadrianus hadrianopolim nominauit. aiax aūt vi-
ctus in iudicio armorū achillis ab vlixe ex dolore factus inſanus eſt. &
vt ait Seneca. Aiacē ira in furorem. furor in mortē egit: qui cum reſci
uiſſet ſe per inſaniam armenta & oues occidere incubuit gladio ſibiq;
mortē conſciuit: de quo ſic oratianus agamēnon. Mille ouiū inſa-
nus leto dedit inclytum Vlyxem: & Menelaū ſe vna mecum occidere
clamans. extat tragedia ſophoclis græca hoc titulo. αιασ μαστι
γοφοροσ. i. aiax flagellifer: qua inducitur aiax inſanus flagello cedēs
boues quos credit eſſe agamēnonē & vlyxē. De inſania oreſtis & aia-
cis eſt illud ſatyrographi poetæ. Non vnus mētes agitat furor. ille ſo-
roribus in manibus vultu eumenidū terretur & igni. hic boue ꝑcuſſo
mugire agamēnona credit aut ithacū. Ita affectus: tali veſania & fu-
rore correptus. Vetant duodecim tabulæ: lege duodecim tabularū
interdr̄ furioſo & prodigo bonorum ſuorum adminiſtratio. Daturq;
vtriq; curator: & vt ait vlpianus titulo de curatoribus furioſo dādis:
tā diu erunt furioſus & prodigus in curatione: q̄ diu vel furioſus ſani
tatem vel ille ſanos mores receperit. Curator furioſi ſi rē furioſi qua
ſi ſuam tradit dominiū transferre non poterit: Oratius de inſano lo-
quens ait: interdicto huic omne adimat ius pretor & ad ſanos habeat
tutella propinquos: vbi expoſuit porphirio: quod inſani ſolent acci-
pere a pretore curatores bonorum ſuorum : ita vt illis vti non liceat
niſi ad arbitrium alienū: apud Varronem & Columelam prouerbiale
eſt mente captum ad agnatos: & gentiles deducēdum eſſe. Nam cura
tor ex agnatis & gentilibus dari ſolet dementi: & curioſo. Ideoq; ait
marcellus iuriſconſultus: ab agnato vel alio curatore furioſi rem fu-
rioſi dedicari non poſſe conſtat: agnato. n. furioſi nō vſq; quaq; com-

Agros oreſticum.

Hadrianopolis.

Aiax inſanus.

Aiax maſtigophoros.

Curator daſ furioſo & prodigo.

Curatores inſanis.

Mente captus a gētiles deducēdus.

petit rerum eius alienatio:ſed quatenus negocium exigit adminiſtra-
tio. Si inſanus: trutinatur perpenditq; verba legis decẽuiralis. pro-
pria & ſignificantia:quæ curatorem dat furioſo:non autem ſtulto tã
q̃ inſanire minus ſit ; q̃ furere: poſſitq; inſanus tueri mediocriter vſi-
tatum vitæ cultum: cum id furioſus facere non poſſit: cuius mens pe-
nitus obcecata: & ab omni ratione deuia eſſe creditur.

Mens furioſi auia a ratione.

tamen tueri mediocritatem officiorum & vite cõmunem cultum atq; vſitatum. Furorem autem eſſe rati ſunt mentis ad oĩa cecitatẽ. Quod cum maius eſſe videatur q̃ inſania tamen eiuſmodi eſt furor in ſapiẽtem cadere poſſit: non poſſit inſanía: Sed hec alia q̃ſtio eſt. Nos ad propoſitũ reuertamur: Cadere opinor in ſapientem ægritudine tibi dixiſti videri. A. ego vero ita exiſtimo. M. Humanũ id quidem quod ita exiſtimas. Non .n. ſilice nati ſumus: ſed ẽ naturale ĩ aĩs tenerũ qddã atq; molle quod egritudĩe quaſi tẽpeſtate quaciat. Nec abſurde

Mediocritatẽ officiorum ſignate locutus: mediocritas .n. officiorum eſſe põt in inſipiente: perfectio non poteſt: que pertinet ad ſanum & ſapientem: Duplex .n. eſt officium: alterum perfectum: quod græci catorthoma vocant: quod & omnis numeros virtutis continet alterũ eſt officiũ quod medium dicitur pertinens ad inſtitutionem vitæ communis. Cato apud Ciceronem ait in tertio de finibus quod ratione actum ſit id officium appellamus: id autem nec in bonis ponit nec in malis: ſed in mediis reb⁹ in eodem loco oſtendit idem Cato tam inſipientem q̃ ſapientem ſumpturum que ſecundum naturam ſint reiecturumq; contraria: ita eſt quodam commune officium ſapientis & inſipientis: ex quo efficitur verſari in his que media dicamus. Item. M. Tullius in quarto ait media officia cadere in non nullos inſipientes poſſe. Q. atherius quod ſcitu dignum eſt: cum olim defenderet reum libertinum cui obiciebatur quod patroni concubinus fuiſſet hac defenſione vſus eſſe fertur impudicitia in ingenuo crimen eſt. In ſeruo neceſſitas: in liberto officiũ: ex eo impudici & obſceni aliquãdiu officioſi vocitati ſunt nõ ſilice nati: nunc vt platonicus peripateticuſq; loquitur mox vt ſtoicus Platonici enim & peripatetici non tollunt affectus ſed temperant: ſtoici radicitus euellunt apathiam ſuam comprobantes: & ita homines diſciplina ſtoica conſtituit ſaxeos plane & ſtupentes: penituſq; ab hominis natura deſciſcentes. Auguſtinus damnat hunc ſtuporem ſtoicorum. in decimo quarto: & in .xviiii. de ciuitate dei.

Duplex officium Cathorthoma. Medium officium. Officioſi ipudici.

Apathia ſtoicorũ. Stupor in ſtoicis.

Crantor. Mors crātoris.

Crantor de academia:fuit hic auditor xenocratis platonis diſcipuli
cōdiſcipulus polemonis:qui nonis opinionibꝰ vt ait euſebius in.xiiii.
præorationis euāgelicæ Academiā platonicā repleuerūt:ſcripſit crā
tor librū de cōſolatione:quē vt ſupra diximus.Mar.Tullius emulatus
eſt: periit aquæ intercutis morbo. Neſcio quā indolentiā: ſtoici lau
dāt apathiā:ideſt vt ſepe di
ctū eſt ipaſſibilitatē. Hiero-
nymus philoſophus rhodiꝰ
ſummū bonū ſtatuit eſſe va
cuitatē doloris quā græce

Analgiſia Indolētia

dicit αραλΓΗσιαρ Cice
ro appellat indolētiā: eſtq;
id vocabulū Ciceronis: ſi-

Eſſentia.

cut etiā eſſentia: ſi credimꝰ
ſidonio appollinari:ſic ſcri-
benti in epiſtola quadā: le-
cturus es hic etiā nouū ver
bū ideſt eſſentiam:ſed ſcias

Crātor ille q in noſtra Academia i
primis fuit nobilis. minime inquit
aſſentior his qui iſtam neſcio quā
indolentiam magnopere laudant
que nec poteſt vlla eſſe nec debet:
nec egroto etiam niſi is qui fuerat
ſenſus aſſit:ſiue ſecetur quid ſiue e-
uellaẗ a corpore:Nā iſtud nihil do
lere nō ſine magna mercede cōtigit

hoc ipſum dixiſſe Ciceronē:q eſſentiā & indolētiā nominauit:addēs:
licet enim nouis rebus noua nomina iponere.M.Tullius in ſecūdo de

Contra apathiā.

finibꝰ: nū ꝑpe idē voluptas eſt: quod vt ita dicam indolētia. Cōtra
hāc indolentiā & apathiam ſtoicorū herodes atticus vir doctiſſimus
diſſerit elegāter & copioſe apud Au.gelliū: libro noctiū atticarū duo
deuigeſimo:in ea diſſertatione oſtēdit: ꝙ nullus vſq̄ homo q ſecūdū
naturā ſentiret & ſaperet:affectionibꝰ iſtis animi:quas ϖαθΗ.i.paſſio
nes appellāt egritudinis:cupiditatis timoris iræ voluptatis: carere &
vacare totis: poſſet:& omnino nō dolere:immo etiam ſi poſſet obni
ti:vt totis careret:non ex re id eſſet melius: quoniā langueret animꝰ
& torperet affectionū quarūdam adminiculis vt neceſſario plurimū
imperio priuatus: dicebat.n.iſtos motus: animi implicatos eſſe,& in-

Nō cōuellēdos motus animi ſed tēperandos

nexos vigoribus quibuſdam mentiū & alacritatibus: ac propterea ſi
omnino eos cōuellamus periculū eſſe ne eis adherentes bonas quoq;
& vtiles animi indoles amittamus:moderādos eſſe igitur & ſcite con
ſiderateq; purgandos cenſebat:vt ea:que cū pernicie agnata ſunt de
trahātur:in hanc ſententiā ſcribunt peripatetici & academici veteres:

Indolētia eē nō pōt

in hanc eccleſiaſtici ſcriptores. Auguſtinꝰ.Hieronymus:Lactantius:a
quibus concorditer dānatur hæc ſtoicorū apathia. cuius ſectatores:
dū ſe interpidos eſſe & imobiles volūt dū nihil cupiūt:nihil dolēt:ni-
hil iraſcūẗ:nihil gaudēt:in torpore ignauæ & quaſi ſciliceæ vitæ cō-
ſeneſcūt.Merito itaq; crātor academicus taxat indolētiā quę eē nullo
mō pōt:niſi plane hoīem ſaxeū eē velimꝰ & omni penitꝰ ſenſu carētē.

Immanitatis in animo: Auguſtinus meminit horū verborū huiuſq̃ ſententiæ: cū ſcribens aduerſus apathiā ſtoicorū: quā ipſe impaſſibilem interpretatur: ſic inquit in. xiiii. de ciuitate dei. Nā omnino non dolore dū ſumus in hoc loco miſeriæ ſicut quidā etiā apud ſeculi huius litteraros ſentit & dixit non ſine magna mercede cōtingit immanitatis in aio ſtuporis in corpore: idē. M. Cicero in quarto de finibus dat ſtoicis immanitatē verborū. Stuporis: græci ναρκην vocant ſtuporē: vnde narciſſus flos dictus qa caput grauat: nō autē a fabuloſo illo puero. Narce. Narciſſus vnde

Medici. Narcotica appellāt medicamēta: quibus ſtupor cōciliatur ac torpor aduerſus ſenſum doloris: & cruciatū ſectionis. Sed videamus: hactenus crantor: nūc Cicero tanq̃ ſtoicus cenſet amputandos eſſe nō ſolum ramos: ſed minimas etiam fibras: radiculaſq; perturbationem euellendas: quod & Seneca ſtoicæ ſectæ ſectator ſtoicorū propugnator accerrimus: vehemēter cōtendit: alacriterq; defendit pluribus in locis: qui quadā ad lucillū epiſtola ſic ſcribit. Narcotica. Seneca ſtoicus.

immanitatis in animo: ſtuporis in corpore. Sed videamus ne hæc oratio ſit hominū aſſentantium noſtre imbecillitati & indulgentium mollitudini. Nos autem non ſolū audeamus ramos amputare miſeriarum ſed omnes radicū fibras euellere: tamen aliquid relinquetur fortaſſe: ita ſunt ſtirpes ſtulticie alte: ſed relinquitur id ſolum quod erit neceſſarium. Illud quidem ſic habeto niſi ſanatus ſit aius: quod ſine philoſophia fieri non poteſt: nullū fore finem miſeriarum. Quā obrem quoniam incepimus trada

Vtrū ſatius ſic modicos habere affectus an nullos ſepe queſitū: eſt noſtri illos expellunt: peripatetici tēperant: ego non video quo modo ſalubris eſſe aut vtilis poſſit vlla mediocritas morbi. Qui fortis ē argumētatur ex formula ſtoicorū ſtrictū & breuiter non cadere in ſapientem egritudinē: ſtoicorū: ſtoicorū n. breuia & acuta argumenta ſunt: ex quo genere ſunt ſorite chryſippei hoc eſt acerui ſiue aceruales: ita. n. dicūt argumēta: qb⁹ chriſyppus ſtoicorū maximus vtebat̃ ſed in longū adeo per ſequælas producebat: vt vix vnq̃ ſiſteret gradum: vixq; vnq̃ terminū imponeret & finē. Sorites eſt ille: quod bonum ſit id eſſe optabile: quod optabile expetendū: quod expetendū laudabile honeſtū: & alii ſunt gradus: ad ſoritas chryſippi. i. aceruos referendus eſt intellectus nouiſſimi carminis pſiani: inuentus chryſippe tui finitor acerui: quod a nobis in appendicula ſuetonii commentariorū fuſe copioſeq; explicatū ē: Ex hoc genere argumentorū eſt

Sorites aceruus
Acerualis
Actualis
Exēplū actui.
Locus pſii.

illud quocꝫ: qui prudēs eſt temperās eſt: qui temperans eſt conſtans
eſt: qui conſtās eſt imperturbatus eſt: qui imperturbatus eſt ſine tri-
ſtitia eſt: qui ſine triſtitia eſt beatus eſt: Ergo prudens beatus eſt: So-
rites.i.aceruus quo in p̄ſentia vtiť. Mar.Tullius ſic ꝓducitur: q fortis
eſt fidens eſt q fidēs eſt non timet: qui ſine timore eſt egritudine non
perturbatur: quoniam ti-
mori repugnat egritudo:
Repugnat.n. timorē eſſe &

Repugnātia.

egritudinē nō eſſe ſicut re-
pugnantia ſunt apud diale
ticos diem eſſe & lucē nō
eſſe: ſuper quo Boetius ſub
tiliter diſſerit in quarto cō
mentario topicorū. Con
fidens in vitio: ait Terētius
in phormione: eſt paraſi-
tus quidam phromio ho-

Cōfidēs in vitio

mo confidens: qui dii om-
nes illum perdant vbi ex-
poſuit: donatus fidus in-
terpres: confidentem pro
improbo audaci ac temera-
rio poni. Conſimiliter a-
pud Virgilium. Confiden-
tiſſimus nomē eſt vitii. Nā
quis te iuuenū cōfidentiſſi-
me noſtras iuſſit adire do-
mos. Item pacuuius: impro
bus confidens nequam ma
lus videať. Cōfidentia teme

Confidētia.

ritatē ſignificat & audaciā:
cōfidere honeſtū verbū eſt:
& cū laude diciť. M.Tullius
in.iii. de legib⁹: vir excellēs
& fortis cōfidere ſibi debet
& ſuæ vitæ & actæ & cōſe

Fidens. Fidentia.

q̄nti. Fidēs vero & fidentia
in laude ponūť. Dixit.M.Tullius in.ii.rhetoricorū fidentiā partē ēē
fortitudinis: per quā magnis & honeſtis in reb⁹ multū ipſe animus in
ſe fiduciæ cum certa ſpe collocauit. Rerum præſentia. Egritudo eſt
triſticia mali præſentis timor impēdētis: & futuri de q̄bus mox plura.

mus nos ei curandos: ſanabimur
ſi volemus: & progrediar quidem
id longius. Non enim de egritudi
ne ſolum: quāq̄ quidem primū ſed
de omni animi vt ego poſui ptur
batione & morbo vt græci volūt
explicabo. Et primo ſi placet. Stoy
corū more agamus: qui breuiter p
ſtringere ſolent argumenta. Dein
de noſtro inſtituto vagabimur. q
fortis eſt idem eſt fidens: quoniā
confidēs mala cōſuetudine loquē
di in vitio ponit ductū verbum a
confidendo: quod laudis eſt: qui
autē eſt fidens: iis profecto non eſt
timeſcit: diſcrepat.n. a timendo cō
fidere: atqui in quem capit ægritu
do: in eundem timor: quarū.n.re
rum præſentia ſumus in ægritudi
ne: eaſdem impēdentes: & venien
tes timemus. Ita fit vt formidini æ
gritudo repugnet. Veriſimile eſt i
gitur in quem cadit ęgritudo: in eū
dem cadere timorem: & in fractio
nē quādā animi & demiſſionē quę
in quem cadunt: in eundem cadit

Vt ſeruiat: Oratius in epiſtolis: qui metuẽs viuit liber mihi non erit
vnq̃. Tot homines dominis ſeruiũt quot perturbationibus diſtrahũ-
tur: Imperat libido. Imperat timor egritudo. Et cæteræ animi labes
imperioſiſſimæ domine ſunt. Ignauiã: corporem & ſegnitiem: ver-
bum vetus eſt ignauit pro ignauũ fecit. Et ignauiter pro ignaue. a- Ignauit]

vt ſeruiat: vt victũ ſe quandocũq
eſſe fateatur. Quæ qui recipit: reci
piat idem neceſſe eſt timiditaté &
ignauiã: nõ cadunt auté hæc in vi
rum fortem: igitur ne ægritudo q
dem. Ac nemo ſapiens: niſi fortis
non cadet ergo in ſapienté ægritu
do. Præterea neceſſe eſt qui fortis
ſit eundem eſſe magni animi: q ma
gni animi ſit. inuictum qui inuictus
ſit: eum humanas res deſpiceret: at
q infra ſe poſitas arbitrari. deſpice
re autem nemo poteſt eas res: pro
pter quas egritudine affici poteſt:
niſi fortis. ex quo efficitur: forté vi-
rum egritudine nunquã affici: om
nes ſapientes fortes. Non cadit igi
tur in ſapientem egritudo. Et quẽ-
admodũ oculus conturbatus non
eſt probe affectus ad ſuum munus
fungendum: & reliquæ partes to-
tumue corpus cum aſtatu eſt mo-
tum: officio ſuo & muneri deeſt:
ſic conturbatus animus non eſt ap
tus ad exequendum munus ſuum.
Munus autem animi eſt ratione
bene vti: Et ſapientis animus ita ſẽ
per affectus eſt: vt ratione optime
vtatur: Nunquam eſt igitur per-
turbatus. At ægritudo pertur-

pud antiquos nau⁹ dicebaẽ Ignauiter
celer ac ſtrenuus a nauiũ ce
leritate. Orati⁹. Nau⁹ mane Nauus
forũ: veſptinus pete tectũ: Ignauus
p̃poſitio ĩ vt docet. M. Tu. Impertur
in oratore. Præponi capta batus.
ẽ noris nauis & naris: vnde
dicti ignoti. Ignaui: Ignari:
qđ dulci⁹ viſũ ẽ q̃ vt veritas
poſtulabat. Nũq̃ ẽ igiẽ per
turbatus: huic collectioni
ſtoicoꝝ hoc mõ peripateti-
ci reſpõdẽt: vt ipturbatũ ſic
interpretẽẽ: tãquã inpertur
batus dicaẽ ſapiẽtis aius: q
raro pturbaẽ & modice: nõ
q nũq̃: Itẽ ſine triſtitia cum
dici aiũt: q nõ eſt obnoxius
triſticiæ: nec frequẽs nimui
ſce in hoc vitio: tãquã illud
ſit humanã vitã negare: ali-
cuius animũ immunẽ eſſe a
triſticia & pturbatione. Sa-
pientẽ nõ vinci merore cæ
terũ tãgi: & cætera in hunc
modũ ſuæ ſectæ reſpõden
tia: quæ nõ tollit affectus
ſed tẽperat. Scitũ eſt illud
peripateticorum: oppido q̃
elegãs. Sic ſapiẽs ipturba-
tus diciẽ: quo mõ apyrina Apyrina.
dicũẽ mala punica: nõ qb⁹
nulla duritia eſt granorum
ſed quib⁹ minor. Qui ſit
temperans lõgo hyperbato:
ita ordinandus eſt textus

qui ſit tēperans & vt infra repetiť. q ſit frugi:eū neceſſe eſt eſſe cōſtā-
tem:reliqua dicuntur per quandā quaſi interpoſitionē:eſt autē ſenſus
ductus ex argumētatione ſtoicorū. & aceruo chryſippi per collectio-
nes cōlectarias tēperantem vacuū eſſe egritudine: eſt autē temperan-
tia vna ex quattuor virtutibus quas cardinales vocāt:que ita diffini-
tur:Rationis in libidinē do
minatio vel cōtinens mo-
deratio cupiditatū:cuius p
tes ſunt cōtinentia:clemen
tia:modeſtia. Ariſtoteles in
tertio ethicorū ait tēperan
tiam exiſtere circa volupta
tes corporis:beſtias circa vo
luptates corporis : beſtias
neq; tēperātes dicimur ne-
q; intēperantes niſi p ſimi-
litudinē. Tēperantia vt in
quit ſeneca voluptatibus i-
perat:alias odit atq; abigit
alias diſpēſat & ad ſanum
modū redigit:græco ſermone appellatur σωφροσυρη. & tēperās
σωφρωρ. quoniā vt interpretatur plato in cratilo ſalus & cōſerua-
tio eſt phroneſeos.i. prudētiæ. Frugalitas:ſicut nequitia mater vitio
rū oim ē ita frugalitas mater cūctarū virtutū:& ſicut illa nihilo.i.ſte-
rilitate:ſic hæc a fruge.i.a fructu pp quādā aiorū fecūditatē ē noiata:
vt docet Auguſtius ī libro de vita beata:&.M.Tulli⁹ ī orone p deio
tato ego iqt frugalitatē.i.modeſtiā & tēperātiā virtutē maximā eē iu
dico:nō pōt vt elegāter & vere ſcribit ſeneca ſtudiū ſalutare fieri ſine
frugalitatis cura:frugalitas āt pauptas volūtaria ē. Frugi hoies di-
xit Terēti⁹ ī eunucho frugi es.i.vt exponit donat⁹ vtilis & neceſſari⁹
a frugib⁹:q̄ qđ his fruamur dictę ſūt: Inde fruct⁹ & frumēta. Frui āt ē
veſci a frumine:q̄ ē ſūma pars gulæ: p quā cibū lingua demittit in vē
trē: ē aūt id nomē frugi ois generis & aptotō: declinatur aūt hic &
hęc & hoc frugi:& cū oibus caſibus iūgiť: vt docet Priſcianus libro
.vi.&.xi. hinc martialis ientacula frugi dixit: & tam frugi iuno velle
habere iouē:Animaduerti apud Quintilianum taxari eos a quibus di
citur frugalis & nō frugi: tanq̄ frugalis ſit dictio parū proba:cū tamē
quod mirū videri poteſt:frugalior & frugaliſſimus in vſu ſint qđ ſa-
tis linquet teſtimonio Iuuenalis cū ait:ventre nihil noui frugalius &
ciceronis:q ſcribit in vētrē:hic ſol⁹ ītroduciť cæteri ſæpe frugaliſſimi
homines excludūť. Itē homo ordinis ſui frugaliſſimus q tum acceſſus

batio eſt animi: ſemper igitur ea ſa
piens vocabit. Veriſimile etiam il-
lud eſt qui ſit tēperans: quem græ-
ci ſophrona appellant: eamq; vir-
tutem σωφροσυρη vocant: quā
ſoleo equidē tum temperantiā tū
moderationem appellare: nonnū
q̄ etiam moleſtiā: ſed haud ſcio an
recte ea virtus frugalitas appellari
poſſit. Quod āſtugi⁹ apud gręcos
valet: q frugi hoies Χρησιμους

Margin: Temperā tia — Partes tē perantiæ — Sophro-ſyne — Sophron — Phrone-ſis — Nequitia mater vi-tiorum. — Frugali-tas mater virtutum — Frugies — Frugi — Frumen — Frugi di-cendum non fru-galis — Frugaliſ-ſimus.

Caio neroni fuit libuit:hoc obiter anotare ꝓpter inueteratā cōſuetu=
dinē eorū in quorū ore ſemp eſt frugalis nūq̄ frugi: q a latinate deſ=
ciſcūt:ſi Quitiliano credimus:cui haud dubie credi oportet. Illud ad=
de:qd̄ antiqui ſeruū laudare volētes frugi dicebāt:tāq̄ ſobriū vtilē &
neceſſariū:hinc eſt illud oratianū: dauus

appellant: ideſt tantūmodo vtiles At illud eſt latius omnis enim ab=ſtinētia:omnis inocētia:quæ apud græcos vſitatū nomē nullū habet ſed habere poteſt eulabiā: Nā eſt inocētia affectio talis animi:quę noceat nemini:reliquas ētvirtutes frugalitas cōtinet: quæ niſi tāta eſſet: & ſi iis anguſtiis qbus pleriqꝫ putāt:teneretur: nūq̄ eſſet.L. Piſonis cognomē tātopere laudatū.ſed qa nec q ꝓpter metū præſidiū reliqt: quod ignauię:nec qui propter auaritiam clam depoſitū:nō reddidit:

ne:ita dauus amicū manci=
piū domino & frugi: qd̄ ſit
ſatis:plautus in amphitriōe
ita ſeruū par videt̄ frugi ſe=
ſe īſtituere. Idē in aulularia
hoc eſt ſerui facinꝰ frugi fa
cere qd̄ ego ꝑſequor. Cōſi=
militer bonæ frugi ſeruus
nominat̄ vtilis bonus neceſ
ſarius q̄ locutio frequēs eſt
apud iuriſcōſultos. Χεησι
μουσ apud græcos Χρη
σιμοσ dicit̄ vtilis & pre=
cioſus:ſed hæc dictio græ=
ca anguſtiorē habet ſignifi=
cationē q̄ latina frugalitas
& frugi:clarus dictionis ſi=
gnificatus latiſſimus ad vti
litatē & modeſtiā:& tēperā
tiā:& innocētiā extenditur

Frugi ſeruus

ευλαβιαη græco ſermone eulabia dicitur innocētia reuerentia:&
cautio:eulabes religioſus:verecūdus:cautus. Ego exiſtimo legendū
eſſe αλαβιαν grece.n.ꝓprie & ſignificāter αλαβια dicit̄ inno
centia:ſicut λαβηκαλαβοσ dicit̄ nocētia ſiue nocumētū. Re=
liquas virtus:fortitudinē:iuſticiā prudentiā. Pleriqꝫ putant:frugali=
tas a multis accipitur ꝓ ſola parſimonia & ſobrietate:hinc ait Oratiꝰ
partius hic viuit frugi dicatur: opponitur frugalitas luxuriæ vnde ait
Quintilianus in tertio:frugalitas apud ſybaritas forſitan odio foret:
veteribus romanis ſummū luxuriæ crimen. Seneca. Luxurioſo fru=
galitas pœna eſt. Lucii piſonis:Lu.piſo cognominatꝰ eſt frugi a mo
rū ꝓbitate:ex eoqꝫ familia piſonū frugi appellata: cuius meminit pe=
dianus aſconius. Et ob hoc dixit Mar. Tullius in oratōe cōtra piſonē
Ore ipſo patriā aſpernaris:oratiōe genus:moribus nomē: fuit hic.L.
piſo frugi ſcriptor annaliū:cui Gelius & Cicero & alii identidē memi
nerūt: qui dictus eſt frugi lata eſt lex calphurnia de ambitu ſeueriſſi=
me ſcripta. Nec p̄ſidiū reliquit:oſtēdit huiuſce nois frugi ſignificā=
tiā ꝓpagari ad fortitudinē ad iuſticiā: ad prudētiā:nā relinquere p̄ſi=

Eulabia

Luxurioſo frugalitas pœna.

Piſo frugi.

quod eſt iniuſticie: nec q ꝓpter te-
meritatẽ male rẽ geſſit: ꝙ eſt ſtulti-
tiæ frugi appellari ſolet: eas tres
virtutes fortitudinẽ: iuſtitiã prudẽ-
tiã frugalitas eſt cõplexa. & ſi hoc
quidẽ cõmune eſt virtutũ: omnes
enim interſenexe & iugatæ ſunt: re-
liqua igitur & quarta virtus vt ſit
ipſa frugalitas neceſſe eſt: eius enĩ
videtur eſſe propriũ motus animi
appetẽtis regere & ſedare. ſemper

diũ eſt timidi nõ fortis: nõ reddere depoſitũ ẽ iniuſti nõ iuſti: male rẽ gerere eſt ſtulti nõ prudẽtis: frugi autẽ appellaꝛ in quẽ tales noxæ nõ cadũt. Ex quo collitur frugalitatẽ cõplecti vt iã dictũ ẽ fortitudinũ iuſticiã: & prudẽtiã: ꝑſidiũ autẽ dictũ ẽ qa extra caſtra ꝑſidebãt in lo co aliquo: quo tutior legio eſſet. auctor. M. Varro q reliquit ꝑſidiũ pec catũ deſertionis ſubit: deſertor autẽ capite puniri ſolet: quãuis nõ oẽs deſertores ſimiliter puniẽdi ſint vt docẽt iuriſcõſulti titulo de re militari. Clã depoſitum nõ reddidit. Depoſitũ ẽ vt inqt Vulpian⁹ qđ alicui cuſtodiẽdũ datũ ẽ fideiq; ei⁹ cõmiſſũ: nõ reddere depoſitũ maxĩa iiuſticia ẽ: & violatæ fidei crimẽ ꝑfidioſum ac deteſtabile: cũ nemo deponat niſi apud amicũ: & apud eũ quẽ fidiſſimũ eſſe credidit: & adeo res depoſita reddẽda ẽ vt etiã ſi deterior reddaꝛ qua ſi nõ reddaꝛ: agi depoſiti poſſit: cũ.n. deterior redditur põt dici dolo malo redditã nõ eſſe: hic ẽ illa ſatyrica lamẽtatio: ſpumãtibus ardẽs viſcerib⁹: Sacrũ tibi qđ nõ reddat amicus depoſitũ. Male rẽ geſſit ſicut bene rẽ gerere prudẽtis ẽ ita male rẽ gerere inſani: qđ & iuriſconſultorũ teſtimonio ſatis claret & oratiana ſentẽtia cõprobaꝛ: ſi male rẽ gerere inſani eſt. Cõtra bene ſani. Imperator dicitur res gerere ideſt ſuſtinere nõ facere trãſlatũ ad his q honera gerũt ideſt ſuſtinẽt actio datur negocii male geſti: laudat Mar. Tullius in oratione ꝓ qntio eqtẽ romanũ qđ eſſet ſui negotii bene gerẽs: Idẽ in oratione pro roſcio comedo: at enim tu tuũ negociũ geſſiſti bene. Gere & tu tuũ bene. Et iugatæ ſunt: cõiũctæ: iugatũ cõiũctũ ſignificat a iugo dictũ: & ita legit nonius hũc locũ qdã legere: malũt iugæ ꝓ iugatæ. Antiq iniuges boues dici voluerũt iugũ nũq̃ ferẽtes: & virtus iniugis dicta: qđ iugũ neſciat: nec vnquã ſit iugo præmẽti ſubiecta: quomõ autẽ virtutes inter ſe copulatæ ſint & cõnexe. Et q vnã habuerit: oẽs habere dicatur ſupra latiſſime explicaui. Appetẽtis: animus mortaliũ eſt cupiditatis in explicabilis & in exhauſtæ auiditatis: ad quã coercẽdã frugalitas hoc eſt tẽperãtia ꝓ freno eſt: illa enim ſuffrenat ac regit appetitiones imodicas & efferueſcẽtes. Frugalitas a fruge: ex nominis interp tatione res lucidior fit: quæ græce etymologia: latine veriloquiũ nũ-

Præſidiũ

Deſertor capite punitur.

Depoſitũ

Iugatũ

Iniugis boues.

Animus mortaliũ cupidus

Ethymologia.

cupat. ετυμορ enim græce verum ſignificar. λογοσ rationem:ſed
quia veriloquiũ vt inquit Boetius minus in vſu latini ſermonis habe- Verilo-
tur.M. Tullius extymologiam vocat nationem quia natum facit rem quium
de qua prædicatur. Ariſtoteles ſymbolon nominat:quidam vim in- Natio
tuiti originationem vocant:ex qua dicuntur augumenta. habet enim Symbolõ

ꝙ aduerſantẽ libidini moderatam in omni re ſeruare cõſtantiã:cui cõtrariũ vitiũ næqtia dicitur Frugalitas: vt opinor a fruge: qua nihil melius e terra oritur. Nequitia ab eo & ſi hoc erit fortaſſe duri°:ſed tẽ

vt auctor eſt Quintilianus Origina-
aliquando vſum neceſſariũ tio
quotiens interpretatione
res de qua queritur eget: vt
cum.M. Celius ſeſe hominem frugi vult probare: nõ
quia abſtinens ſit: ſed quia
vtilis multis ideſt fructuoſus: vnde & ducta frugalitas: Diximus ſupra frugi &
frugalitatem a fruge deduci: fruges autem a frumine: quæ pars gurgulionis eſt: per quam cibaria in ventrem demittuntur: appellatione Appella-
autem frugum principaliter continentur frumenta & legamina:quod tio frugũ
ex plinii lectione planum eſt: qui in.xviii. ſic refert: nunc natura indicabitur frugum:ſunt autem duo prima earum genera frumenta & legumina. ſed frugis ſignificatio latius ſerpere cœpit: quæ pro reddítu accipitur: vt docet Vlpianus. non ſolum quod frumentis & leguminibus: verum etiam quod ex vino vel ex ſiluis ceduis. Cretifodinis lapicinidis capitur. Iulianus iuriſconſultus ſcribit falſum eſſe fruges omnes eſſe quibus homo veſcatur: non enim carnes: aut aues aut poma fruges dici quod ait poma non dici fruges neſcio an ſatis perite. Nam plinius:cor. tacitus. Columela arbores pomiferas appellant frugiferas: tanquam fruges arborum poma ſint. Annotandum: quod fru- An po-
gis rectus caſus eſt frux: vt docet. Mar. Varro in libris de analogia a- ma fru-
pud feſtum pompeium legitur pantices frux ventris: ideſt pinguido: ges ſint
quidam perperam legentes corrumpunt & pro frux fluxus dicunt de- Frugifere
prauata dictione & ſenſu. Voluit enim feſtus docere quod pantices ſi- arbores
gnificantur pinguitudo ventris & extuberantia: quod frux notat: Frux
cum flexus contrarium ſignet: hodie quoq; vulgus pantices appel- Pantices
lat in homine ventrioſo. Plautus in pſeudolo: eo vos veſtros frux.
pantices adeo madefacitis: cum ego ſim hic ſiccus. Nequitia ab eo quod nequicquam eſt: ſupra dictum eſt ex auctoritate diui Auguſtini nequitiam matrem eſſe omnium vitiorum Africanus ſcri- Oia ma-
pſit omnia mala proba flagitia: quæ homines faciunt in duabus la in mali
rebus eſſe malitia ſcilicet atq; nequitia: vbi nequitiam intelligi vult tia & ne-
luxum vitæ proditum & effuſionem immodicam pecuniarum: ſicut quitia.

Nequã nequã hoiem ꝑdigũ nihili:neqꝫ rei neqꝫ frugis bonæ veteres dixerũt .M.Varro ex ne & quicq̃ media ſyllaba extrita neq̃ componi demõſtrat in libris de latina lingua.ſic nequitia a nequicq̃ nominata eſt ſiue a nihilo ex eo quod nequicq̃ ſit:vel ꝙ nihil ſit.nihil eſt enim vt inquit Augu. omne quod fluit:quod ſoluitur: quod liqueſcit: quod ſemper perit. Ideo tales homines

Perditi hoies. etiã perditos dicim⁹. Alias nequitia ponitur pro laſciuia & petulantia libidinũ vt apud Ouidium. Nequitia ẽ quæ te non ſinit eſſe ſenem Et apud epigrãmatariũ poetam. Nequitias tellus ſcit dare nulla magis. Heracleotes:dionyſius: ſtoicus hic fuit:de quo dictum eſt in ſecundo cõmentario: qui ex renibus laborauit. Corqꝫ meũ penitus. Homerus nona iliados rhapſodia ſcribit Vlyxem phenicẽ & aiacem legatos ab agamẽnone miſſos eſſe ad vlyxẽ placandũ. Exorandũqꝫ qui poſt reſpõſa data vlyxi & phenici: ſic ad aiacẽ verba fecit: que o generoſe Aiax thelamonie dixiſti ea mihi omnia in bonam partem accipiũtur:ſed cor meum tumet irarum eſtu: cum recordor quanta me contumelia agamẽnon affecit. Verſus græcus apud Homerum hic eſt αλομοη οιδανεταη κραδιη χολω: οϖοτεεηεικορ μρησομαι: id eſt ſed mihi tumet cor ira: quando recordor preteritorum. Num manus affecta. diſputatio dionyſii progreditur hoc ſenſu ſicut manus cum in tumore eſt vitioſa eſt:ſicut aliud membrum cũ turget vi-

Animus tumens in vitio tioſe ſe habet. ita animus tumens in vitio eſt. qualiter achilles ait cor ſuum turgeſcere eſtu iracundiæ. animus autem ſapientis nunq̃ turget & conſequenter nunq̃ iraſcitur: cum ex ira tumor ille proueniat:& cũ iracundia non cadat in ſapientem nec cadet quidem egritudo cũ tales affectiones ex eodem vertice eliquatæ ſint tanq̃ iſta conſectaria ſint:quæ gradatim a Cicerone memorantur. In tumore eſt. Cũ tur-

temus & Iuſiſſe putemur ſi nil ſit: ab eo: quod nequicq̃ eſt in tali homine.ex quo nihili idẽ dicitur. Qui ſit frugi igitur vel ſi magis moderatus:& temperans eũ neceſſe eſt eſſe conſtantem: qui autem conſtans quietum. qui quietus perturbatione omni vacuum.ergo etiã ægritudine.& ſunt illa ſapientis. aberit igitur a ſapiente ęgritudo. Itaqꝫ nõ inſcite heracleotes Dionyſius ad ea diſputat: quæ apud Homerum achilles q̃ritur: hoc vt opinor modo. Corqꝫ meũ penitus turgeſcit triſtib⁹ iris. Cũ decore atqꝫ oĩ me orbatũ laude recordor Nũ manus affecta recte eſt: cũ in tumore eſt: aut nũ quippiam membrum tumidũ

get aliquo vitio. Si iraſcitur concupiſcit ex diffinitione iræ: quam dif finiunt cupiditatem eſſe vlciſcendi ſiue doloris reponendi. Inurere: quemadmodum notæ inuſtæ cauterio indelebiles ſunt. Ita inuri dicitur dolor: qui ſit futurus diuturnus & peremnis. ſic inuſta ignominia dicta. Poſſet in miſericordiam. ſi miſericordia virtus eſt non ne

Inuſta ignominia.

ac turgidum non vitioſe ſe habet ſic igitur inflatus & tumẽs animus in vitio eſt: ſapientis autem anim⁹ ſemper vacat vitio: nunquam turgeſcit: nunquam tumet. at iratus animus eius modi eſt. Nunquam igitur ſapiens iraſcitur. Nã ſi iraſcitur etiam cõcupiſcit: proprium eſt enim irati cupere a quo læſus videatur: ei q̃ maximũ dolorem inurere. qui autem id concupierit: eũ neceſſe eſt: ſi id conſecutus ſit: magnopere letari. Ex quo fit vt alieno malo gaudeat: quod quoniã non cadit in ſapientem: ne vt iraſcatur quidem cadit: ſi autem caderet in ſapientem ægritudo: caderet etiam iracundia: qua quoniã vacat ægritudine etiã vacabit: eteni ſi ſapiẽs ĩ ægritudinẽ cadere poſſet: poſſet etiã in miſericordiã: poſſet in inuidẽtiam: nõ dixi niuidiã quæ tum eſt cum inuidetur, Ab inuidẽdo autẽ

merito laudari debet ſapiens miſericors: non ne in ſapientem cadere debet miſericordia quod ẽ laudis: ſed Cicero hoc in loco tãq̃ ſtoicus inter vitia animi miſericordiam numerat. Et ita Seneca qui ſe addixit ſectæ ſtoicorum auſteriori. vitiũ inquit animi eſt miſericordia: nec miſerebitur inquit ſapiens ſed ſuccurret. Et quemadmodum religio deos colit ſuperſtitio violat. Ita clementiam manſuetudinẽq; omnes boni præſtabunt. miſericordiam autem vitabunt. Eſt enim vitium puſilli animi ad ſpeciem alienorum malorum ſuccidẽtis. Auguſtinus quoq; in nono de ciuitate dei. ſtoicorum inquit eſt miſericordiam ſolere culpare. Ceterum longe melius & humanius ac piorum ſenſibus accommodatius ſentiunt illi: qui miſericordiã vt virtutem laudant. Et bonum hominẽ vocant miſericordem. Quin etiam Cicero alibi tanquam peripateticus: non dubitauit miſericordem appellare virtutem: quam ſtoicos inter vitia numerare non pudet. nam in Cæſaris laudem ſcribens in oratione pro ligario inquit nulla de tuis virtutibus plurimis nec gracior nec admirabilior miſericordia eſt. Quid eſt autem miſericordia inquit Auguſtinus: niſi alienæ miſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio: qua ſi vtique poſſumus ſubuenire compellimur.

Miſericordia. Vitium.

Miſericordia. Virtus

Miſericordia quid.

Inuidẽtia In inuidentiam. Maluit Cicero inuidentiam: q̃ inuidiam dicere: tã-
quam inuidentia inuidi ſit inuidia eius cui inuidetur ſed in frequenti
Inuidia vſu eſt inuidia magis quam inuidentia: apud doctos indoctoſq; indi
ſcriminatim. Animis intuendo. tanquã inuidere ſit nimis videre &
In. intueri alienam fœlicitatem. hæc enim particula In. non ſemper pri-

inuidentia recte dici poteſt: vt ef-
fugiamus ambiguum nomen in-
uidiæ: quod verbum ductum eſt
animis intuendo fortunam alteri-
us vt eſt in Menalippa: Florẽ quiſ
nam liberum inuidit meum: male

uatoria eſt. ſed aliquãdo ha
bet vim augendi. Vt eſt in
menalippo. legere malim in
menalippa. eſt enim fabulæ
nomen ductũ a menalippa:
de qua in vinculis coniecta
ac metapontũ deportata. &
eius nato noĩe booto multa
fabulãtur. quod & Stra. me
morat in ſexto geographiæ: de hac dixit poeta aſius: bootũ ſpecioſa
menalippa in dii regia peperit. M. Varro in ſecũdo de re ruſtica ait bo
uem ſeruaſſe filios neptũni e menalippa ne in ſtabulo infantes grex
Mena- lippa. bouũ obtereret. De hac menalippa: cuius nomine cõpoſitæ ſunt fabu
læ intellexit Iuuenalis cum ait. Syrma vel antigones ſeu perſonã me-
Mena- lippa amazõ nalippes fuit altera menalippa amazonũ regina quã vicit hercules: ei-
q; ablato baltheo ſalutẽ dedit: cuius Diodorus & Trogus meminerũt
menalippus aũt ille tidei interfector notus eſt: cui caput ante obitum
Mena- lippus. corroſit tideus ex rabie: q apud ſtatium ita vociferatur Caput io mihi
ſi quis apportet menalippe tuũ: ſed non hic plane dignus videtur: cu
ius nomine fabula ſcriberetur: fuit alter menalippus tidei frater: quem
tideus in venatu fertur peremiſſe: ob idq; fratricidiũ exulaſſe. Igitur
in menalippa fabula græca erat hic verſus: quẽ in latinũ vertit actius
poeta tragicus: quiſnã florẽ liberũ inuidit meũ. quo verſu vt coniecta
torie ſuſpicari poſſumus. menalippa inducebatur erũnas ſuas eiulans
& de filiorum ſorte cõquerens: qui pene obtriti ſunt in ſtabulo a bo-
uũ grege: ſenſus ſic ordinatur. ex perſona menalippes per interroga-
tionem cõqueſtionẽq; quis inuidit flori filiorũ meorũ. meũ enim libe
rum pro meorũ liberorũ antiqua locutione dictum accipe: ſicut inui-
Inuidit florem dit florem: auctore vetuſtate coniũxit cum accuſatiuo potiuſq̃ cũ da-
tiuo: quod rectius eſſe ſentit Cicero: nam ſicut videre cum accuſatiuo
iungitur: ita inuidere quod valde videre ſignificat ſcire cũ eodẽ caſu
copulatur: cũ cõpoſitũ verbũ ſimplicis regulã ſequatur: ſubſcribit hu-
Inuidere ic rei Quintilianus: qui notat veteres dixiſſe inuidere hãc rem & adu-
rẽ adulari hunc lari hunc: quintiliani verba ex libro nono ſubieci quæ ſunt hæc. huic
rei inuidere: non vt veteres omnes & cicero præcipue: hãc rem & in-
cumbere illi non in illum: & plenum vino non vini: & huic non hunc

adulari iam dicitur & multa alia. Male latine vertitur. non vituperat actium in tranſlatione: ſed indicat in verſu græco fuiſſe verba quedã non tranſlaticia: quæ in latinũ verſa non retinent elegantiam græcæ facundiæ. Conſuetudine prohibemur: Conſuetudo obtinuit vt inuidere huic rei cum datiuo: non hanc rem cum accuſatiuo dicamus.

latine videtur: ſed præclare Actius
vt enim videre: ſic inuidere florem
rectius quam flori dicitur: nos con
ſuetudine prohibemur. poeta ius
ſuũ tenuit: & dixit audacius. Cadit
igiẽ in eũdẽ & iuidere & miſereri.

Eſt autẽ conſuetudo regina rerum & maxime verborũ: vt inquit Gellius. Ideoq; dixit Quintilianus: conſuetudinem certiſſimam eſſe loquendi magiſtram: vtẽdũq; ſermone vt nummo. cui publica forma eſt. Poeta: actius. Ius ſuũ: ius poetarũ eſt vt in verbis liberiores ſint & figuris audaciores & tranſlationibus licentiores q̃ ipſi oratores. M. Tullius in primo de oratore. eſt inquit finitimus oratori poeta numeris aſtrictior paulo: verborum autẽ licẽtia liberior. Inde verba quedam poetica dicta: quæ peculiariter decẽt poetas: quibus raro vtetur orator. Idem M. Tullius in tertio de oratore. habet etiã in oratione poeticum aliquod verbum dignitatẽ. M. Varro teſtatur ſe poeticis multis verbis magis delectari q̃ vti. Antiquis magis vti q̃ delectari. Dolet aduerſis. hoc ad miſericordiam refertur. Dolet ſecundis: Hoc inuidentiæ eſt. nam vt Oratius decenter ſcripſit & vere. inuidus alterius macreſcit rebus opimis. Et a Statio dictũ eſt. Egraq; letis inuidia. Plutarchus libellũ condidit: de inuidia: & odio: quo ſubtiliter diſſeruit. quid ab odio inuidia differat: vbi hæc ſumma conſit. odiũ eſſe aduerſus malos: inuidiã aduerſus felices Naſcitur. n. odiũ ex opinione quã habemus quod is quẽ odimus: malus ſit. Inuidia vero gliſcit ex ſecũdis rebus alicuius fortunati: odim⁹ iuſte: inuidemus iniuſte: odiſſe malos: palã profitemur inuidere fœlicibus & bonis pudet confiteri. Præterea odiũ in brutis animantibus exiſtit. Inuidia in ſolis eſt hoĩbus. Extat baſilii viri doctiſſimi ſanctiſſimiq; liber de inuidia: quo docet inuidos ſerpẽtibus eſſe pnitioſiores: ſi quidẽ ſerpentes per plagas emittũt virus peſtiferũ. Inuidi ipſo etiã aſpectu noxii eſſe credũtur. Sed ſicut rubigo ferrũ. Ita inuidia animũ inuidi ex eſt & conſumit. & vt dicit Alexander magnus apud quintũ curtiũ. Inuidi ſunt ipſorũmet tormenta. Scite lacedemonius agis dixit inuidos duplici dolore torqueri. Nã dolent inquit & ex ſuis malis & ex alienis bonis. Ouidi. quoq; de inuidia loquens eleganter dixit. Intabeſcitq; vidẽdo ſucceſſus hominũ carpitq; & carpitur vna. Interitum caliſthenis: Caliſthenes olinthius philoſophus familiaris fuit

Cõſuetudo regina verborũ

Vtẽdum ſermõe vt nũmo.

Liberior poeta q̃ orator

Verba poetica.

Odium

Inuidia

Odiũ in brutis.

Inuidia ĩ hoĩbus.

Duplex tormẽtũ inuidi.

Nex caliſthenis.

Dira-

Alexandro magno.ex condiſcipulatu apud Ariſtotelē: accituſq; ab
ipſo rege ad prodēda memoriæ geſta eius aſiatica: huic nocuit im=
modica libertas grauitaſq; inuiſa regi.cū haud quaquā male aſſentan
tiū accōmodatus ingenio eſſet: nam cū alexander magnus ex perſi=
co ſuperbiæ regiæ more adorari vellet acerrimus inter recuſantes ca
liſthenes fuit: palam dicti=
tans alexandrū adorandū
non eſſe: quæ res & illi &
multis principibus macedo
num exitiū fuit. ſiquidem
Alexandrū caliſthenē pro=
pter adorationis perſicæ in
terpellatū morem coniura=
tionis: cuius auctor fuerat
hermolaus. cōſciū fuiſſe cri
minatus eſt. Eūq; trūcatis
crudeliter mēbris abſciſſiſq; auribus ac naſo labiiſq; deformatū cū ca
ne in cauea clauſum circūferri iuſſit diuq; tortū excruciatūq; tandē ne
cauit: quidā autumant a liſymacho.qui præcepta virtutis ſolitus erat
a caliſthene haurire:venenum ei datū in remedium calamitatū. Idq;
adeo alexandrum egre tuliſſe: vt liſymachū obiici ferociſſimo leoni iu
beret: alii cruci ſuffixum expiraſſe perhibent:alii in cōpendibus ſer=
uatum ob nimiā aruinam concreto pedore ac ſordibus ſupremū diem
obiiſſe. quod cōſtat nullius cædes maiorem apud græcos alexandro
excitauit inuidiā q̄ quod præditū optimis moribus artibuſq; caliſthe
nem torſerit occideritq;. in dicta quidem cauſa auctores Plutarchus
Iuſtinus.Curtius.cæteri.de hoc ait Seneca libro.vi.queſtionū natura
Alexādri crimen eternum — lium.fuit caliſtheni nobile ingenium & furibūdi regis impatiens.hoc
eſt alexandri crimen eternū:quod nulla virtus:nulla bellorum fœlici
tas redimet. Nam quotiens dicetur occidit perſarum multa milia:op
Mors caliſthenis. — ponetur & caliſthenem.quotiens dictum fuerit occidit dariū dicetur
ſed caliſthenem occidit. De atroci caliſthenis nece intelligi voluit o=
Locus ouidii. — uidius in ibin ſic ſcribens. Incluſuſq; necem cauea patiaris: vt ille.
Non profecturæ conditor hiſtoriæ in quo explicando labuntur com
mentatores.creditū eſt ariſtotelem ob caliſthenis necem: cui generis
propinquitate coniunctus erat:excogitaſſe illud venenū ſtygis aquæ:
quo periit Alexander magnus:Theophraſtus ille peripateticorū elo=
Caliſthenes Theophraſti. — quentiſſimus doctiſſimuſq;:qui ex diuinitate loquendi nomen inue=
nit librum cōpoſiut cui titulus eſt caliſthenes ſiue de luctu.In quo ca
liſthenis ſodalis interitum miſeranter deplorat: cuius laertius quoq;
diogenes mentionem facit. In hominem: alexandrum intelligit:

Nam qui dolet rebus alicuius ad=
uerſis: idem alicuius etiam ſecun=
dis dolet:vt Teophraſtus interitū
deplorans caliſthenis ſodalis ſui
rebus Alexandri proſperis angitur
Itaq; dicit Caliſthenem incidiſſe
In hominē ſumma potentia: ſum=

Rebus ſecundis vti. pleriq; omnes ignorant: quemadmodum vti conueniat rebus ſecundis.nãq; fortunæ indulgentia.intumeſcunt inſolenter eiuſdem ictibus affliguntur intemperãter. Ille autem dicitur bene vti rebus ſecundis:quem ſecũda fortuna non effert elatius: ſicut nec aduerſa peſſundat. Qui ſperat infeſtis: metuit ſecundis alteram ſortem. Laus romanorum eſt:ꝙ neq; eos ſecũdæ res extulerunt nec aduerſæ minuerũt. In laudem pompeii eſt illud Lucani elogiũ.
Nec te videre ſuperbũ ꝓſpera bellorum : nec fractũ aduerſa videbũt. Contortius : implicatius ſtrictius: nodatius. Sunt enim contortæ ſtoicorũ concluſiunculæ: nodoſæ : ſenticoſæ.
Virili ratiõe: ſtoicos dicit quorũ virilis nimis eſt ſententia. Et vt dicã qđ ſentio ab hominis ingenio penit⁹ aliena. Familiares noſtri: Cicero libro. v. de finibus maxime probat diſciplinã veterũ peripateticorũ:quos ait academicos eſſe.ex quorum ſcriptis & inſtitutis:vt ipſius verbis vtar: cum omnis doctrina liberalis: omnis hiſtoria omnis ſermo elegans ſummi poteſt:tũ varietas tanta eſt artium : vt nemo ſine eo inſtrumento ad aliam rem illuſtriorẽ ſatis ornatus poſſit accedere ab his oratores ab his imperatores,ac rerum publicarũ principes extiterunt.mathematici,poetæ muſici.medici deniq; ex hac tãq̃ ex omniũ artiũ officina ꝓfecti ſunt.
Mediocritates perturbationũ: Iam ſepe dictũ eſt peripateticos affectus mediocriter temperare:quos ſtoici radicitus euellũt.Lactãti⁹. Auguſtinus.Hieronymus peripateticos rectius ſenſiſſe autumãt:ꝓp

maq; fortuna: ſed ignarũ quẽadmodũ rebus ſecundis vti conueniret. atq quẽadmodũ miſericordia egritudo eſt ex alterius reb⁹ aduerſis: ſic inuidentia egritudo eſt ex alterius rebus ſecundis.in quẽ igitur cadit miſereri: in eundẽ etiam inuidere. Non cadit autem inuidere in ſapiẽtem ergo ne miſeri quidem ꝙ ſi hoc egre ferre ſapiens ſoleret:miſereri etiam ſoleret. abeſt ergo a ſapiente egritudo.hæc ſic dicuntur a ſtoicis: concluduntur q; contorti⁹. ſed latius aliquando dicenda ſunt et diffuſius: ſententiis tamen vtendum eſt eorum potiſſimum: q maxime forti:& vt ita dicam virili vtũtur ratione: atq; ſententia. Nam peripatetici familiares noſtri quibus nihil eſt vberius : nihil eruditius: nihil grauius: mediocritatem vel perturbationũ vel morborum animi mihi non ſane probãt. Omne enim malum etiam mediocre

Cõtortæ concluſiones.

Ob auſteritatẽ immodicã.

terea quod naturalia ſunt.hæc non volũtaria:& nobiſcum ſimul nata
Affectus naturales ſcite eleganterq; ait Lactantius.ſtoici ergo furioſi:qui ea non tẽperant ſed abſcindunt a rebus. que a natura inſitis caſtrare hominẽ quodã=modo volũt:quod tale eſt.quale ſi velint aut metũ detrahere ceruis: aut venenũ anguibus:aut irã feris:aut placiditatẽ pecudibus: & mox paulo homines prudentes non intelligunt. cum vitia
Qui vitia tollit vir=tutẽ tollit ex homine tollunt etiã vir=tutem ſe tollere. ſed nũc Cicero ſtat a ſtoicis aduerſus peripateticos: alubi ait ſtoicos deſciſcere a natura. Caret ſanitate: Seneca. qui & ipſe dogmatis ſtoici aſſer=tor eſt:in hanc ſententiã ſic ſcribit. ego non video quo modo ſalubris eſſe aut vti=lis poſſit vlla mediocritas
Angor morbi. Angorem: angor eſt egritudo premens. Vocant pathos:ideſt morbum .M.Tullius in tertio de finibus in hanc ſententiã. per=turbatiões animorũ vitam inſipientiũ miſerãq; reddũt
Pathe Morbi quas græci pathe nominãt poteram ego verbũ interp̃=tans morbos appellare: ſed nõ couemet ad omnia:quis enim miſericordiam aut ipſam iracundiã morbũ ſolet dicere:at illi dicunt pathos.

magnũ eſt. Nos autem id agimus vt id in ſapiente nullũ ſit omnino Nam vt corpus etiã ſi mediocriter ægrũ eſt ſanũ non eſt: ſic ſi in animo eſt iſta mediocritas caret ſanitate. itaq; preclare noſtri . vt alia multa moleſtiam:ſollicitudinẽ: angorem propter ſimilitudinem corporum ægrorum egritudinẽ nominauerũt: hoc propemodũ verbo græci omnẽ animi perturbationem appellant. Vocant.n. ϖαθοσ ideſt morbum: quicũq; eſt motus in animo turbidus: nos melius: ægris enim corporibus ſimillima eſt animi ægritudo. At nõ ſimilis egrotationis eſt libido: non moderata lætitia: que eſt voluptas animi elata & geſtiens: ipſe enim metus nõ eſt morbi ad modum ſimilis: quã=quã ægritudini eſt finitimus: ſed

Affectio=nes. ſit igitur perturbatio quæ nomine ipſo vitioſa declarari videtur. A=Gellius affectus vel affectiones dici ait a latinis philoſophis:que græci pathe appellant. Quintilianus in.vi.capite de affectibus duæ ſunt inquit affectuũ ſpecies:alterã enim græci pathos vocant:quã nos vertentes recte ac proprie affectũ dicimus. Idem docet affectuũ quoſdã concitatos eſſe:quoſdam mites & cõpoſitos. Lactantius modo vitia
Affectus Paſſiones modo affectus nũcupat. Auguſtinus motus animi quos græci pathe dicũt perturbationes affectionesvel affectus:ſed expreſſius paſſiones vocari tradit quæ moderatæ in ſapientẽ cadũt ſecũdũ peripateticos

ab eo quod græce dicitur pathos. oratio pathetica nominata eſt: quã ex rethorica arte ꝑcipitur dirigi oportere aut ad indignationẽ aut ad miſericordiã. taurus quoqꝫ philoſophus grauiter: & copioſe diſeruit non priuationẽ ταθορ ideſt paſſionũ eſſe vtilẽ: quam græci στε=ρησιν dicũt ſed mediocritatẽ: quã metriotita illi appellant. nũc. M. Tullius melius ſignificãtiuſ qꝫ ait a latinis egritudinẽ a=nimi & perturbationes: q̃ a græcis pathos. i. morbũ: cũ quedã ꝑturbationes ſint ne quaq̃ ſimiles egrotationis: vt libido & leticia. Cauſa morbi inuenta: medici lo=gici: qui rationalẽ medicinã ꝓfitentur neceſſariã eſſe ꝓ=ponũt abditarũ & morboꝝ cõtinẽtiũ cauſarũ notitiam deinde euidentium. abditas cauſas vocãt: in quibus re=quiritur ex quib⁹ principiis noſtra corpora ſint: quid ſe cũdã quid aduerſam valitu dinẽ faciat: neqꝫ enim cre=dũt poſſe eũ ſcire qũo mor bos curare cõueniat: q vnde ſint ignorent. Euidẽtes ve=ro cauſas appellãt: in quib⁹ querunt initiũ morbi calor attulerit: an frigus. fames: an ſacietas: & que ſimilia ſunt. occurſurũ. n. vitio dicunt eũ qui origi=nem non ignorauerit. Quæ ſunt genera quatuor duæ perturbationũ bigæ ſunt: a malis vna: & cupitis altera. philoſophi. n. dicunt quatuor eſſe perturbationes ſiue paſſiones: duas a bonis: duas a malis opina=tis rebus. Nam dolere & timere duæ opiniones mali ſunt vna preſen tis altera futuri. dolor præſentis timor futuri. Item gaudere & cupe=re ſunt opiniones bonæ: vna præſentis: altera futuri. gaudium præſen tis: cupiditas futuri. hæc quattuor paſſiones naſcũtur ex coniũctione corporum & hebetudine animorum: quod & Virgilius luculenter ex=preſſit in. vi. cũ ait. hinc metuũt cupiũtqꝫ dolent gaudẽtqꝫ: Nec auras ſuſpiciũt clauſæ tenebris & carcere ceco. De his in ꝑſenria Cicero la=tiſſime ac copioſiſſime diſſerit. oſtẽdẽs opinionem eſſe fontem origi=

propriе vt egrotatio ĩ corpore ſic ægritudo in animo nomen habet non ſeiunctum a dolore. Doloris igitur huius origo nobis explicã=da eſt: ideſt cauſa efficiens ægritu=dinem in animo: tanq̃ egrotationẽ in corpore. Nam vt medici cauſa morbi inuenta: curationẽ eſſe in=uentam putant: ſic nos cauſa ægri tudinis reperta: medendi faculta=tem reperiemus. Eſt igitur cauſa omnis in opinione: nec vero ægri tudinis ſolum: ſed etiam reliqua=rum omniũ perturbationum: quæ ſunt genere quattuor: partib⁹ plu=res. nam cũ omnis perturbatio ſit animi motus: vel rationis expers. vel rationẽ aſpernans: vel rationi

Patheti=ca oratio

Logici medici.

Abditæ cauſæ.

Euidẽtes cauſæ

Duæ per turbatio=nũ bige.

Dolere. Timere Gaudere Cupere

Opinio fons per=turbatio=num.

nalem iſtarum perturbationũ:tãquã triſtes ſimus.timeamus.gaudea=
mus.cupiamus.ex eo quod opinemur ita eſſe faciendum . Citetur:
cõmoueatur excitetur. Voluptas geſtiens: quaſi geſticulatione qua=
dam & geſtu ſe gaudere ſignificans. Geſtire enim eſt cupere & letari.
Libido:ſupra dictum eſt libidinem vocabulum eſſe generale.Et ad
omnẽ cupiditatem referri.

Malorũ.ſ.opinione. Im
pendentis: quod futuri eſt.

Egritudo: expreſſius enu
cleatiuſq; dicitur ab eccle=
**Triſtitia** ſiaſticis doctoribus triſtitia

Cætera alias:in quarta tuſ
culana diſputabitur de reli
quis pturbationibus. Nul
lo modo exiſtimo: vt ſtoi=
cus negat in ſapientem ca=
dere egritudinem ſiue triſti
tiam. peripatetici vero qui
affectus nõ tollũt ſed tẽpe=
rant.dicunt dolebimus ſed
parum. Cõcupiſcimus ſed
parce: iraſcemur ſed placa=
bimur apud eccleſiaſticos:
triſtitia in bono vſurpatur.
**Triſtitia in bono** Nam laudat apoſtolus co=
rinthios quod cõtriſtati fu
erunt ſecundũ deum. Nũc
Cicero ex ſtoica doctrina
precipit fibras etiam euellẽ
das eſſe egritudinis ſiue tri
ſtitiæ: eãq; quantũ fieri po=
teſt:fugiendam eſſe longiſ=
ſime. Tetra res eſt: tetrum
**Tetrum** dicitur vitabile fedum:cru=
dele amarum. Tantalo ꝓ=
**Mœror thyeſtæ.** gnatꝰ: thyeſtes ſignificatur
filius pelopis: nepos tantali
pronepos iouis: de quo tra
gici poetæ tragedias ſcrip=
titarũt:qualis eſt apud Sene
cã. titulo argumẽtoq; thy=

non obediẽs:iſq; motus: aut boni
aut mali opinione citetur. bifariã
quattuor perturbationes æquali=
ter diſtributæ ſunt. nã due ſunt ex
opinione boni: quarum altera vo
luptas geſtiens ideſt præter modũ
elata lætitia opinione pſentis ma=
gni alicuius boni. Altera cupiditas
que recte vel libido dici poteſt:que
eſt immoderata appetitio opinati
magni boni rationi non obtẽpe=
rans: que vel cupiditas recte vel cu
pido dici poteſt. Ergo hec duo ge
nera voluptas geſtiens: & libido
bonorũ opiniõe turbãtur:vt duo
reliqua metus & egritudo malorũ
nam & metus opinio magni mali
impendentis. & egritudo eſt opi=
nio magni mali preſentis.& quidẽ
recens opinio talis mali: vt in eo re
ctũ videatur eſſe angi:id autem eſt
vt is qui doleat: oportere opine=
tur ſe dolere. His autem perturba
tionibus:quas in vita hominũ ſtul
titia.quaſi quaſdã imittit furias:at=
q; incitat oĩbus viribus atq; opi=
bus repugnandum eſt.ſi volumus
hoc quod datũ eſt vite: tranquille
placideq; traducere: ſed cetera ali=
as: nunc egritudinem ſi poſſumus

eſtes. Verba hæc ſunt tragici poetæ veteris: ſiue is actius ſiue pacuuius ſit ſiue quiſpiã alius: qui inducebat thyeſtē fractũ mœrentē egritudine ſeſe conficientem: poſtq̃ reſciuit ſibi appoſitos fuiſſe a fratre atreo filios epulandos. qui apud Senecam exclamans rogat iouem vt ipſum telo triſulco petat. vt per pectus ipſius tranſmittat flammeam

depellamus. Id enim ſit propoſitũ quãdo quidē eam tu videri tibi in ſapiētem cadere dixiſti. quod ego nullo modo exiſtimo. Tetra enim res eſt miſera deteſtabilis: omni cō tentione velis vt ita dicam remiſq; fugienda. qualis enim tibi ille videtur, Tantalo prognatus Pelope natus: qui quondam a ſocero Oenomao rege Hippodamiam raptis nactus eſt nuptiis. Iouis iſte quidē pronepos: tã ne ergo abiectus tãq; fractus. Nolite inquit hoſpites adire ad me: illico iſtic: ne contagio mea bonis: vmbra ne obſit:

facem apud Diomedē grãmaticũ ꝓ exemplo figuræ quæ climax dicitur ſiue gradatio. referũtur verba hiſce cōſimilia cum ait apud noſtrũ etiã tragicũ ſic. Ioue ꝓgnatus eſt vt perhibēt tantalus ex tantalo ortus pelops ex pelope ſatus atreus: qui noſtrũ porro ꝓpagat genꝰ.

Climax Gradatio.

A ſocero œnomao: hiſtoria pelopis notiſſima: q curruli certamine ſuperauit œnomaũ. Eiuſq; filiã nomine hippodamiã abduxit vxorē: qua ex re dolore affectꝰ oenomaus ſibi mortē conſciuit. Iouis iſte pronepos thyeſtem dicit. ex ioue enĩ natus tãtalus filium genuit pelopē thyeſte patrē. Vmbra ne obſit: adeo pollutũ ſe dãnat thyeſtes: vt exiſtimet vmbræ ſuæ tactu poſſe homines ledi & cōmaculari:

Mors Oenomai

Tutæ thyeſta: verba. M. Tullii per apoſtrophē: quem accuſat qđ in tanta egritudine ſit ob fraternũ ſcelus. eſt aũt thyeſta vocatiuus ſiue ſalutatorius caſus: ex formula nominũ primi ordinis vt atrida & anchiſa & alia id genus vſurpantur. Seneca. bonũ eſt thyeſta quod mala ignoras tua. Quod filiũ ſolis: oetã ſignificat quē vna cũ per ſe progenitũ ex ſole ferũt: qui cũ filiã medeã reſciuiſſet vna cũ iaſone clam abſceſſiſſe aſportato aureo vellere cũ his: qui in prōptu erant militibus inſecutus abeũtes conflixit in littore: vbi a meleagro occiſus eſt. Fabulæ tradũt medeã fugientē ſecũ abduxiſſe fratrē abſyrtũ q̃ vt moraretur aliqua fraude: patrē inſequentē: fratrē interemit atq; ita diuellit diuulſaq; mēbra per agros diſſipat in multis inueniēda locis. a qua diſſectione tomos ciuitas illa nominata ē. oeta cognitis filii mēbris quæ diuulſa in itinere reperit mœrore & triſtitia confectus extabuit. Et ita inducebat a tragico ꝑ oeta. nũc. M. tullius accuſat oetē inſola-

Thyeſta.

Atrida

Oeta filiꝰ ſolis

Abſyrtus diuulſus a medea

Tomos vnde.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

biliter dolētē: & egritudine tabeſcentem ob caſum filii & filiæ ſcelus.
Patris: ſolis. Refugere: pro refugerunt: verba ſunt tragici poetæ:
qb⁹ exprimitur oeta maceſcēs tabeſcēs ſeneſcēs ex egritudie: oculi re
Oculi fugerunt: fugere dicuntur: cum ex merore & lachrymis intra caput condi vidē
tur: oculos concauos dixit Hyppocrates in prognoſticis eſſe ſignum
Ocul⁹ cōcauus ſignū mortis. mortiferum. Macie extabuit: in tabem & corruptionem reſolutū eſt: tabes eos
Tabes male habet quos inuaſit cuius ſpecies plures ſunt. vna eſt qua corpus non alitur: ſumma macies oritur: & niſi occurritur tollit. atrophiā
Atrophia hanc græci vocant: Inde a-
Atrophi qui. trophi dicti laborātes atrophia. Plinius in. xxvi. eadē datur his quos atrophos vo-

tanta vis ſceleris in corpore hæret. Tu te thyeſta damnabis: orbabiſq; luce: propter vim ſceleris alieni? Quid illum filium ſolis, nōne patris ipſius luce indignum putas? refulgere oculi: corpus macie extabuit. lachrymæ peredere humorem exanguis genas ſitu nidoris.

cant interpoſitis diebus: atrophi quoq; vocātur: qui ab imbecillitate
Caceſia vires recolligūt. Altera ſpecies eſt: quā græci caceſian appellant. vbi
malus corporis habitus eſt: ideoq; omnia alimenta corrūpūtur. Dixit
Hyppocrates in aphoriſmis caceſia ſeniores infeſtari. tertia eſt lōge
Phthyſis periculoſiſſima ſpecies. quā græci phthyſim nominauerūt. vñ phthy-
Tabitudo ſici dicti ſermone græco ſed latinis vſitatiſſimo: a tabe tabificabile &
tabificum deducūtur tabitudo dicitur a Plinio. tabū vero ſignificat
Tabificabile ſanguinē corruptū quod & aliquando tabes: dicit tamen Seruius ſup
eo verſu & tabo terram maculant. tabo nomen eſſe caſus ſeptimi tan-
Tabum tum: vt ſponte. quod ſi velis declinare. hæc tabes huius tabis dices.
Genæ Peredere: conſumpſerūt. Exanguis genas: genæ proprie ſunt ope
rimenta oculorū & palpebræ: piſces & inſecta vt inquit Plini. nō ha-
bent genas nec integunt oculos. Eunianus eſt ille verſus: pandite ſul
Sultis ꝑ ſi vultis. tis genas & corde relinquite ſomnū: vbi ſultis ponitur pro ſi vultis.
In alio ſignificatu genas vocant malas: quæ infra oculos ſunt: quas
feminis radi leges decēuirales vetuerūt: pacuuius genas putat eſſe g-
bus barba primū oritur hoc verſu. nūc primū opacat flore lanugo g-
nas. In qua ſignificatione hic accipi poſſet vel pro genis oculorū: vi-
deturq; ita ordinandus eſſe textus: lachrymæ peredere: hoc eſt exhau-
ſerūt conſumpſerūtq; genas oculorū humoris largitate. Et ita leges
humore vt ſit ſeptimus caſus vel ita diſtinctim legito. lachrymæ pere
dere humorē: vt ſit vnū colon mox ſequatur. Exangues genæ ſitu ni
doris. Alterū colon: quod placet: vt genæ legas recto caſu pluratiuo.
Situ: ſitus vt ait Seruius eſt lanugo ex humore procreata: qui fit in

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

locis carētibus ſole. Donatus exponens illud Maronianū ex ſeptimo
æneidos. Sed te victa ſitu: veriq; effeta ſenectus: ſic ſcribit: Situs eſt corruptio ex humore & diuturnitate cōtracta: qua deteriores fiūt ſpecies vno loco & prolixo tēpore cōſtitutæ. Victa ſitu. quaſi quæ ſenio eſſet & nihil agēdo corrupta. ſolet aūt in locis ſitu ſentis odor quidā

Situs

Situs odor aſpernabilis

ris. barba pedore horrida atq; intonſa infuſcat pectus illuuie ſcabrum. Hec mala o ſtultiſſime Oeta ipſe tibi addidiſti non erant in his: quæ tibi caſus inuexerat: & quidem inueterato malo: cum

teter & aſpernabilis olfactātiū nares offendere. qui & ipſe ſitus dicit̄. Pli. in. xxi. peſſimū eē crocū ait: qđ ſitū redolet: in quē ſenſum duci poſſet iſta ſentētia: vt ſitus nidoris ſignificet hypbolicos nō ſolū ſqualor & decoloratio: ſed & odor inamabilis: qualis ex re ambuſta ſentitur. Nidorē. n. poni ꝓ odore epularū & culinæ ſatis claret: vt apud Iuuenalē captū te nidore ſuæ putat illæ culinæ: & apud Martialē. paſcetis & nigræ ſolo nidore culinæ. verū etiā ponit̄ ꝓ putore vſtrinæ & rei vſtulatæ vt apud Virgiliū i. xii. illi ingēs barba reluxit nidorēq; ābuſta dedit. In quo ſignificatu hic accipi videt̄. Pedore: ſqualore: illuuie ſordibꝰ hoc. n. ſignificat pedor. Lucanꝰ lōguſq; i carcere pedor. Infra dicet pedores muliebres: vocabulū hoc a græco ſermone ductū vr̄. quo ϖαιδεσ. i. pueri dicūt̄ ꝗ in illa puerili etatula ſordidi fere ſunt: nec a ſordibꝰ ſciūt abſtinere. vn̄ pedidos quoq; ſordidos & abſoletos appellāt. Barba itō: a: ſpecimē eſt meroris barba ꝓlixior. vn̄ ait Siliꝰ de cāpanis aduerſæ fortunæ ſuccūbētibꝰ. Nūc ꝓpexis i pectora barbis verrere humū: cultus reoꝝ fuit apđ priſcos. Indui amiculū obſoletū: neq; barbā radere. Annotauerūt ſcriptores. pu. ſcipionē cū eēt reus neq; barbā deſiſſe radi: neq; nō cādida veſte vti: neq; fuiſſe cultu ſolito reoꝝ. barba philoſophū ꝓpe peculiariter decet. Vn̄ illū barbatū hoc crede magiſtrū dicere. ſed multi ſūt ꝗ barba & pallio tenus philoſophātur: ꝗ hircino barbicio philoſophos mētiūtur. Vnde merito dixit ille barbam & palliū video. philoſophū nō video. Cōſimiliter multi ſunt: ſunt inquā multi ſpurci & probroſi: qui ſub habitu ſanctiſſimo religionis nomē vſurpant ſanctitudinis & ſancti appellātur: quos nō minus fugiēdos eſſe cenſeo q̄ diras peſtilētias intrinſecus graſſantes & ictu ceco vitalia lancinātes: apud Lucianū in ſcaphidio iubet mercuriꝰ philoſopho barbā abradi & ſuper cilia nō nouacula ſed ſecuri. primus auctoribus Varrone & Plinio ticinius menas adduxit tonſores ex Sicilia in italiā. Antea intōſi fuere. Infuſcat: obumbrat imiſſa prolixitate. Illuuie: ſordibus imūditia. Virgilius. Dira illuuies imiſſaq; barba. Hæc mala: nūc loquit̄. M. Tullius.

Nidor

Pedor.

Cultus reorū.

Barba philoſophorum.

Hircinū barbiciū

Fucoſi ſancti

Tōſores ex ſicilia i italiam.

Tumor animi: tumens animus in vitio eſt: ſicut turgidũ membrum vitioſe ſe habet. Mœres: mœrore conficeris. Filiæ medeam dicit.

Neoteros. Dionyſius pueros docebat: Dionyſius νεοτεροσ .i. iunior ſuffec= tus in tyrannidem. πρεσβυτερων .i. ſenioris Dionyſii auſpicatus

Dionyſi⁹ eſt Tyrannidem a cedibus cognatorũ & fratrum. mox in ſegnitiem ſublatis emulis lapſus: ſagi= nam ex nimia luxuria ocu= lorũq; valitudinem contra= xit. adeo vt ſplendorem lu= cis ferre non poſſet. prop= ter quæ dũ contemni ſe pu tat ſeuitia graſſatur. Ciuita= tem ſyracuſanã cedibus re= plet. ex quo factus inuiſior a ſyracuſanis expellitur. Ite rum receptus cum crudeli= or in dies eſſet. Iterum ex=

Extorris dionyſi⁹. torris corinthum i exilium proficiſcitur: vbi inſordidiſ ſimũ vitæ genus deſcendit in popinis lupanaribuſq; to tos dies reſidẽs. pannoſus & ſqualidus incedere. In macello preſtare: cum leoni bus iurgari. omnia deniq;

tumor animi reſediſſet. Eſt autem egritudo vt docebo in opinione mali recentis: ſed mœres videlicet regni deſiderio nõ filiæ. Illã enim oderas & iure fortaſſe: regno enim nõ equo animo carebas. Eſt autẽ impudens luctus mœrore ſe conficientis: quod imperare nõ liceat liberis. Dionyſius quidẽ tyrãnus ſyracuſis expulſus corĩthi pueros docebat vſq; eo imperio carere nõ poterat. Tarquinio vero quid impudentius: qui cũ bellũ gereret cum his qui eius non tulerant ſuperbiã his cum reſtitui in regnũ nec veniẽ

facere vt contemnendus magis q̄ metuendos videretur. Nouiſſime

Pueros docebat in triuio. ſe ludi magiſtrum profeſſus pueros in triuio docebat: vt quoniam vi= ris imperare non poterat ſaltem pueris imperaret. Erat.n. eruditus: vtpote platonis auditor. olim interrogatus iam exul extorriſq;: quid

Scitum Dionyſii. ſibi plato ac philoſophia profuiſſet ſcienter reſpondit τοτηλικαν την τυχησ μεταβολιαν ραδιωσ υπομενειν idest vt fa cile æquoq; animo ferrem talem fortunæ mutabilitatem. Idem. ελε= γε πολλουσ τρεφειν σοφιστασ ου θαυμαζων εκει= νουσ. αλλα διεκεινων θαυμαζεσθαι βολομενοσ .i. du cebat ſe alere multos ſophiſtas: nõ quod illos admiraretur: ſed q̄ p il= los admirationi eſſe vellet. M. Tullius quadam ad papirium petũ epi= ſtola in hanc ſententiam ſic inquit Dionyſius tyrannus cum ſyracu= ſis expulſus eẽt corinti dicitur ludum aperuiſſe. Tarquinius cumas:

Targnius ſuperbus. hiſtoria Tarquinii ſuperbi nihil notius: de quo Liuius. Dionyſius. Plu= tarchus. Ouidius: cæteri non parum multa qui poſt bella grauiſſima: quibus romanos veientibus: porſena rege latinis finitimis concitatis

atriuerat.poſteaq̃ deſertus ab eis quorū fidebat auxilio regnū recipe-re non valuit in oppido tuſculano romæ vicino. vt tradit diuus Au-guſtinus in tertio ānos quatuordecim priuatim vitā quietus habuit & cū vxore cōſenuit. Liuius cū. M. tullio concordans ait Tarquiniū ſuperbū cumis eſſe mortuū: quo ſe poſt fractas opes latinorū ad Ari-ſtodemū tyrannū cōtulerat

Targnius conſenuit thuſculi.

tium nec latiorū armis potuiſſet cumas ſe cōtuliſſe dicitur: inq̧ ea vrbe.ſenio & ægritudine fuiſſe confectus: hoc tu igitur cenſes ſapienti poſſe accidere: vt ægritudine opprimatur:ideſt miſeria? Nam cum omnis perturbatio miſeria eſt:tum carnificina eſt ęgritudo. Habet ardorē libido:leuitatē leticia geſtiens humilitatē metus: ſed ægritudo q̄-dam maiora:tabē cruciatū afflictionem fœditatē: lacerat exeſt animū planeq̧ cōficit. hanc niſi exuimus ſic:vt abiiciamus:miſeria carere nō poſſum⁹. At hoc qdē pſpicuū ē tū ęgritudinē exiſtere: cū qd ita viſū ſit vt magnū quoddā malū adeſſe & vrgere videat̄. Epicuro āt placet

Senio triſtitia:mœrore diuidia. ſeniū enim nō ſolum ſignificat ſenectutem: ſed etiā ponitur ꝑ mœrore & tedio & diuidia:vt turpilius in demiurgo.quia eni odio ac ſenio mihi ſunt nuptiæ: a Cicerone dictū eſt ſeniū matricidarū. Carnificina: carnificina dicit̄ locus ĩ quo fontes iuſſu poteſtatū a carnifice occidūtur: carnificina ſignificat crudelitatē tormētorū & cruciabilitatem: Plautin⁹ amator ait ĩ ciſtellaria. Credo ego amorē primū apud homines carnificinā cōmentum. Carnificina quoq̧ accipit̄ ꝑ officio miniſterioq̧ carnificis. Plaut⁹ in captiuis vel carnificinā facere hunc poſſum perpeti Cato pluraliter dixit carnificinas pro cruciabilitatibus inhumaniſq̧ ſuppliciis. Caro proprie dicitur mortuorū dicta ab eo qđ careat anima. vt interp̄tatur Donatus in ecyra. vnde carnifices dicti:qui carnes ex homine faciant. vnde & carnificina de qua ſcripſimus in tertio trāquilli cōmentario. nūc a. M. tullio dicitur ægritudo eſſe carnificina quia inſtar carnificis cruciat torquet lācinat p̄cordia lacerat animū. Excarnificatūq̧ cōficit: poſſet carnificina accipi veluti ꝑ femina excarnificāte: ſicut a Plauto dicit̄ femina opificina. Exeſt: cōſummit populatur a verbo exedo dictū: ſicut a comedo comeſt. Afranius bona comeſe hic quotidie. Plautus. pirū vulpes comeſt. Cōficit: necat: trucidat: exanimat. cōficere enim interficere eſt. Virgili⁹. Nūc vuln⁹ acerbū cōficit. Orati⁹ nūc ego reſto confice. Inde cōfectores dicti apud Suetoniū interfectores ferarum.

Senium triſtitia.

Carnificina.

Carnificinas.

Caro vñ.

Opificina.

Exeſt comeſt

Cōficere.

Confectores.

**Opinio vera & falſa.**

Opinionē eſſe natura :epicurus opinionē ſiue opinationē & veram eſſe & falſam dicit: & quod opinabile eſt:a priore aliquo certo pendere:ad quod illud referimus quod opinamur: puta vnde nouimus an ſit iſtud quod lōge eſt equus ſit ambos: hanc opinionē dicit eſſe a natura viq; naturali effici: cōtra fortitudinem nō contingere per naturam ſed ratione. Plato in theeteio opinionem falſam plerūq; eſſe dicit: & aliū falſa opinari:alium vera:quaſi nec ex natura ita ſe habeāt

**Cyrenaici.**

Cyrenaici:ſectæ tyrenaicæ princeps & cōditor fuit ariſtippus ille: quē decuit ſtat⁹ omnis & color & res: cyrenaici philoſophi duas ꝑturbationes ponunt. Dolorem & voluptatē: aiuntq; voluptates corporū eſſe maiores q̄ animorum ſicut dolores corporis dicūt q̄ animi grauiores: dicti cyrenaici a cyrene patria ariſtippi: ciuitate africæ inclita. Omnia repētina grauiora Seneca in libro de cōſolatione ad martiā. Neceſſe eſt itaq; magis corruamus q quaſi ex inopinato ferimur. quæ multo ante prouiſa ſunt languidius incurrūt. Idē in libro quod in ſapientē non cadit iniuria:ait omnia leuiora accidūt expectantib⁹

**Voluptates corporis maiores q̄ ai.**

opinionē mali egritudinem eſſe natura: vt quicunq; in tueatur in aliquod maius malū ſi id ſibi accidiſſe opinetur: ſic cōtinuo in ægritudinem. Cyrenaici non oī malo egritudinē fieri cenſent ſed inſperato nec opinato malo eſt: id quidem non mediocre ad ægritudinē augendā Videtur enim omnia repētina grauiora. ex hoc & illa iure laudantur. Ego cum genui. tū moriturum ſciui: & ei rei ſuſtuli. Preterea ad troiam cum miſi ob defendendā græciam: ſciebam me in mortiferū bellum non in epulas mittere. hæc igi

Ego cū genui: lacerna fœmina dixit quidā conſimile in obitu filii. Ei rei ſuſtulit: ad hoc ꝑcreaui vt morerentur: mors enim vitæ ſequela eſt: & vt nemo moritur qui nō vixerit: ita nemo viuit: qui nō ſit moriturus. In omnes cōſtitutū eſt vt ait decenter Seneca capitale ſuppliciū: mors tributū eſt mortaliū: ſententia autem iſta & dictū eſt telamonis apud veterem poetā opinor enniū: quod & M. Tullius infra oſtēdit: & inſinuat diuus Hieronymus: q in epithaphio nepotiani ſic ſcribit. Vbi Anaxagore & telamonis ſemper laudata ſententia: ſciebā me genuiſſe mortalē Hieronymus dat telamoni & anaxagoræ eandē ſententiā: quia vtrobiq; idē eſt ſenſus: & nihil in ſenſu differt: ſiue dicas cum genui moriturum ſciui: ſiue ſciebā me genuiſſe mortalem: inducebatur autem in fabula ennii poetæ telamon: qui aiacem & teutrum filios miſit ad bellum troianum: in quo periit aiax ex furore ad vltro

**Mors ſequela vitæ.**

**Mors tributū mortalium.**

**Sentētia Telamonis.**

**Telamō ennii.**

neam mortem impulſus. Teucer exulauit: itaqꝫ telamon cũ reſciuiſſet filiorum alterius obitu: alterius exiliũ: forti animo ſubnixus: nec aduerſæ fortunæ ſuccũbens dixit hæc verba fortitudine imbuta & plana virilia: grãmatici citant teſtimoniũ ennianum ex telamone. Id.n. nomen fabulæ eſt. Nam qui hæc audita verba ſunt quibus loquitur Theſeus apud euripidẽ tragicũ poetam: que ex græco ſermone ĩ latinũ vertit. M. Tullius: inducebatur aũt in tragedia ab euripide theſe⁹: cui⁹ geſta & natales & obitũ plutarch⁹ diodoruſqꝫ pſcribũt: de quo ſcripta fabula ẽ noie theſeis: hic illđ. Rauci theſeide codri. & plutarch⁹ citat theſeidos auctorẽ. theſe⁹ emul⁹ virtutis herculeæ eſt pclara edita facinora extorris patria fact⁹. In inſulã ſyrum nauigauit: vbi periit interẽptus a nicomede: vel vt alii tradũt ex loco edito poſt cenã deambulãdo delapſus: primus inſtituit athenis panathenea: hoc eſt cõmunẽ celebritatẽ in honorẽ mineruæ: quę gręce athena nominatur: eſt eni id mineruæ feſtũ principale: vnde panathenaicus liber & panathenaicum vnguentum: ſuper quo in commentariis ſuetonii omnia copioſius explicata a nobis ſunt. Idẽ in iſthmo funebres ludos inſtituit. Commentabar: cogitabam: retractabam: meditabar. Diritas: infortunium & calamitas. Imparatum quia omnia repentina grauiora ſunt: e contrario omnia meditata leuiora. Minus enim iacula feriunt: quæ præuidentur: minus mala nocens/ quæ inopinata non veniunt. Repens: repentina & ſubitaria: ſic apud Liuium repens cura inuaſit. Quod autem theſeus. Verba ciceronis enarrantis ſentẽtiã euripidis: qđ.n. dixit theſeus apud euripidẽ: ſe a docto viro audiuiſſe: id de ſemet ipſos ſcripſiſſe euripidẽ docet: q hęc audiuerat ab anaxagora nobiliſſimo philoſopho: cui⁹ auditor quoqꝫ fuit pericles: qui natum ſe eſſe dixit cœli & ſolis & lunæ cõtemplãdæ: cauſa quem impietatis accuſatũ defendit pericles diſcipulus: qui cũ filiorũ

Nex theſei.

Panathenea.

Panathenaicus

Anaxagoras

Cõtẽplãdi cauſa natus.

Omiomeria

Ex ſanguine

Sanguis.

tur præmeditatio futurorũ malorum lenit eorum aduentum: quæ venientia longe ante videris: Itaqꝫ apud Euripidẽ a Theſeo dicta laudantur. Licet.n. vt ſæpe fecimus in latinũ illa conuertere: ná qui hæc audita a docto meminiſſem viro: futuras mecum cõmentabar miſerias: aut mortem acerbã: aut exilii mœſtam fugã: aut ſemper aliquã molem meditabar mali. vt ſi qua inuecta diritas caſu foret: ne me imparatũ cura laceraret repens: quod autem theſeus a docto ſe audiuiſſe dicit: id de ſe ipſo loqtur Euripides fuerat.n. auditor anaxagorę quẽ fe

runt nũciata morte filii dixiſſe. ſcie bam me genuiſſe mortalem. Quæ vox declarat his eſſe hæc acerba a qb⁹ nõ fuerint cogitata. Ergo id q dem nõ eſt dubiũ: quin omnia q̃ mala putentur: ſint improuiſa gra uiora. Itaq; quãquam nõ hæc vna res efficit maximã ægritudinẽ. ta men quoniam multũ poteſt proui ſio animi & præparatio ad minuẽ dum dolorem ſint ſemper omnia homini humana meditata: & nimi rum hæc eſt illa preſtans & diuina ſapientia: & preceptas penitus & ptractatas humanas res habere: ni hil admirari cũ acciderit: nihil ante quam euenerit: non euenire poſſe

Sciebam me genu=iſſe morta lem.

mortem audiuiſſet ſciebã inquit me genuiſſe mortales: quos ſua ma nu ſepeliſſe demetrius phalareus teſtatur. Celebrata eſt anaxagoræ o= miomeria: De qua Lucretius nũc & anaxagore ſcrutemur omiomeriã. Ariſtoteles quoq; in tertio de cœlo & mũdo. Refert anaxagoram di= xiſſe omiomeria eſſe elementa: hoc eſt ex ſimilaribus partibus conſtã tia: oſſa videlicet e pauxillis atq; minutis oſſibus: ſic de pauxillis atq; minutis viſce ribus viſcus gigni ſanguinẽ q; creari ſanguinis inter ſe cultis coeũtib⁹ guttis. Scie bam me genuiſſe mortalem Valerius maximus in hanc ſententiã: ne anaxagoras q= dem ſupprimendus eſt audi ta nãq; morte filii: nihil mi hi inquit expectatũ aut no= uum nuncias. Ego enim il= lum ex me natũ ſciebã eſſe mortalem: non omitenda

Morolo=gia galie=ni impe=ratoris

hoc in loco morologia ga= lieni imperatoris: qui vbi de valeriano patre cõperit qđ captus eſſet per vecordiam dixiſſe fertur ſciebã me ge= nuiſſe mortalem ex quo cõ iectare poſſumus qua ſoler tia fuerit præditus: cũ id de patre dixerit: quod de filio dicendũ fuit quod de filio amiſſo: anaxagoras philoſophorũ optimus: tẽpeſtiuiter dixerat. Improuiſa mala: cõſimiliter bona inopinata iucũdiora ſunt quam quæ diu mente tractaueris.

Nihil ad=mirari

Nihil admirari: Dixit Oratius: ni hil admirari prope res eſt vna numici: ſolaq; quæ poſſit facere & ſerua re beatum. Nunc ait. Mar. Tullius hanc eſſe ſapiẽtiam nil admirari cũ acciderit: quia omnia accidere poſſunt: non enim cõuenit viro dicere

Non pu=tatam:

non putarẽ. omnia puta. cogita cuius accidere poſſe quod cuiq̃ poteſt Nam inſipiens ſi quicq̃ vidit melius priuſue ſua ſpe defixis oculis ani moq; & corpore torquet. Quicq̃ inquit ſanctiſſime Seneca tu putas non futurũ. quod ſcis poſſe fieri. Quod multis vides eueniſſe. Aufert vim preſentibus malis: qui futura proſpexit. Nihil non euenire. i. om nia poſſe euenire. Quãobrem omnes: verba ſunt terentii ex phor= mione: que loquitur demipho ſenex cũ ſeruo geta: irritatus & prorſus

indignabūd⁹: quod p̄ter ſpem iniuſſu ſuo filius antipho vxorem du xiſſe dicebatur. Meditari oportet ſecū: bene additū ſecū: inſani.n. videtur hoc palā agere. Oratius: ſperat infeſtis metuit ſecūdis alterā ſortem bene p̄paratū pectus. Cōmunia eſſe hæc. Cōmune eſt quod accidere omnibus poteſt. Omne id ɔputare in lucro. Geta ſeruus dicit apud. terentiū ſe ante ire herum ſapiētia: pręterea q̄ meditata ſunt inquit mihi omnia mea incommoda herus ſi redierit molendū eſſe in priſtino: vapulandū habēdæ cōpedes opus ruri faciundū horū nihil quicq̄ accidet animo nouū: quicquid p̄ter ſpē eueniet omne id deputabo eſſe in lucro. Seneca in ſecundo epiſtolarum illa inquit beatiſſimus eſt & ſecurus ſui poſſeſſor: qui craſtinū ſine ſollicitudine expectat: quiſquis dixit vixi quotidie ad lucrū ſurgit. Ille vultus ſemper idē præclara eſt inquit. M. Tullius in primo de officiis æquabilitas in omni vita: & idem ſemper vultus eadēq; frons: vt de ſocrate accepimus Seneca libro epiſtolarum duodeuigeſimo animū ſocratis nulla vexatione: non carere: non veneno moueri potuiſſe refert: vſq; eo vt ne vultū quidē mouerit. Illa mirabilis laus: & ſingularis vſq; ad extremū: nec hilariorē quiſq̄ nec triſtiorē Socratē vidit: æqualis fuit in tanta inæquitate fortunę. Plinius in. vii. ferūt ſocratē clarū ſapientia eodē ſemper viſū vultu nec aut hilari magis aut turbato. Solin⁹: īter alia ſocratis magna p̄clarū illud ē: qđ in eodē vultus tenore etiā aduerſis interpellātibus pſtitit. Xātippe: hęc eſt illa famigerata ſocratis vxor morib⁹ fera: lingua petulās: moroſa iurgioſa: irarū moleſtiarūq; muliebriū p diē pq; noctē ſcātes: quas intēperies in maritū: demiratus alcibiades interrogauit ſocratē: cur mulierē tā acerbā domo nō exigeret: quoniā inqt

Cōmune

Quicqđ p̄ter ſpem in lucro deputa.

Vixi.

Aequabilitas in vita

Idē ſocratis ſemp vultus.

Nec hilarior nec triſtior.

Xantippe Moroſa & iurgioſa.

arbitrari. Quam obrem omnes cū ſecundæ res ſunt tū maxime meditari ſecum oportet: quo pacto aduerſam erūnam ferāt: pericula dāna exilia. peregre rediens ſemper ſecum cogitet: aut filii peccatum aut vxoris mortē: aut morbū filiæ: cōmunia eſſe hæc: ne quid horū accidat vnquā animo nouū quicquid præter ſpem eueniat: omne id deputare eſſe in lucro. Ergo hoc Terentius a philoſophia ſumptū cū tam cōmode dixerit: nos e quorū fontibus id hauſtū eſt: non & dicemus hoc melius & conſtātius ſentiemus. Hic ē enim ille vultus ſemper idem: quē dicitur Xanthippe prędicare ſolita in viro ſuo fuiſſe Socrate. eodem vultu ſemper ſe viſſe exeuntem illum domo & re

ſocrates: cũ illã domi talẽ ꝑpetior iſueſco & exerceor vt cęterorum quoq; foris petulãtiã:& iiuriã faciliꝰ ferã. iterũ dicẽti alcibiadi intolerãdã eẽ Xãtippes maledicẽtiã:tu inqt nõ ne toleras anſeres clamore ꝑ ſtrepẽtes:illo annuẽte quoniã mihi oua & pullos pariũt: & mihi ait Xãtippe filios gignit:autorẽ diuꝰ Hieronymus ſcribẽs cõtra iouinianũ.

Duæ ſocratis vxores.

Socrati fuiſſe duas vno tẽpore vxores:qđ & laertiꝰ tradit Xãtippẽ & mironẽ: q̃ cũ crebro inter ſe iurgarẽt:& ille eas deridere eſſe ſolitus:q̄ propter ſe fediſſimũ hominẽ ſimis naribꝰ:recalua frõte:viloſis humeris repãdis crurībꝰ diſceptarent: nouiſſime verterũt in eũ impetũ : & male multatũ fugientẽq; diu pſecutæ ſunt

Deformis ſocrates.

uertentem nec vero eadem frons erat. que .M. Craſſi illius veteris: quem ſemel ait in omni vita riſiſſe Lucilius : ſed tranquilla & ſerena:

Aqua perfuſus ab vxore

Nota

quõdã cũ infinita cõuitia & ſuperiori loco ingerẽti Xãtippe reſtitiſſet aqua pfuſus imũda nihil amplius reſpõdit q̃ capite deterſo: ſciebã inquit futurũ vt poſt iſta tonitrua hymber ſubſequeret. Eant nũc amici cõſiliariiq;:& ſuadeãt mihi vxorẽ eſſe ducẽdã:quãdo ſanctitas ſocratis atq; doctrina obnoxia fuit petulãtiæ & moroſitati vxoris iurgioſæ iracũdiæ intolerabilis:quæ philoſophũ philoſophari nõ ſinebat q̃ cũ viro cõtinẽter litigabat.Nã vt inqt veriſſime ſatyrographus.Semper habet lites alternaq; iurgia lectus in quo nupta iacet: ait ouidius

Dos vxorialites

Celebs nõ litigat

Philippũ regẽ excluũt vxor.

Dos eſt vxoria lites.Dixit ſextius: q nõ litigat celebs eſt:tanq̃ mariti omnes cũ vxoribꝰ ſemꝑ litigare cõpellaꝛ:olim philippũ regẽ macedonũ introeũtẽ ex more cubiculũ vxor excluſit irata: q excluſus tacuit & iniuriã ſuã verſu tragico cõſulatus eſt. I nũc & ſpera te meliorẽ cõiugẽ inuẽturũ q̃ rex philippus habuerit : quid tibi homũtioni fieri ab vxore nõ poterit: cũ talia in maximũ regẽ factitata cognoueris:Mitio terẽtianus fortunatũ ſe putat:qđ vxorẽ nũq̃ habuit:cõtra demea.

Terẽtiana ſnia.

Vita mitionis.

Duxi inqt vxorẽ:quã nõ ibi miſeriã vidi:ſequamur itaq; ſectã mitionis in celibatu viuẽtes:vt otioſam qetã litteratã vitã ita degamꝰ:quã mariti degere nõ poſſunt:libuit digredi in hæc nõ ingrata opinor diuerticula ꝓpter quotidianas ad vxorẽ ducendã ſuaſiones impulſiones q;:olim fata decreuerũt qđ gaudeã qđ fleã: ſequar quo ducẽt fata vel trahẽt:nã fato ſtat iuppiter ipſe:ſed iã domũ reuertamur. Semel

Fato ſtat iuppiter ipſe.

Craſſus agelaſtus

cur riſerit craſſus.

Similẽ habẽt labra.

in omni vita riſiſſe.Pliniꝰ & Solinus auctores ſunt:Craſſum auũ Craſſi in parthis interẽpti nũq̃ riſiſſe ob id agelaſtũ cognominatũ. ἀγέλαστος.n. græco ſermone meſtus & ſine riſu dicitur. Lucillius.& Hieronymus alii ꝓdiderũt Craſſum ſemel tãtũ in tota vita riſiſſe: qđ factũ eſt cũ vidiſſet aſinũ carduos comedẽtẽ:dixiſſetq; ob id:ſimilem habent labra lactucã:factũ hoc dictũq; lepidiſſimũ feſtiuiſſimũq;

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſu ſubſequutus eſt:pedianus aſconius hoc ſenſu exponit craſſum ſemel riſiſſe in vita:vt intelligas raro ac pene nūq̄ riſiſſe:ex eodē ſenſu ē q̄ ſemel in vita riſiſſe Craſſum ſcribit Lucilius. M. Tullius in quinto de finibus ſic refert an hæc in eo. M. Craſſo:quē ſemel ait in vita riſiſſe Lucilius nō cōtingit vt ea re minus agelaſtus vt ait idē vocaretur.

Lactucā ſemel riſiſſe.

ſic enim accipimus. Iure autē erat ſemper idē vultus: cū mētis a qua is fingit̄ nulla fieret mutatio Quare accipio equidē a cyrenaicis hec arma cōtra caſus & euentus: q̄bus eorū aduenietes impetus diuturna præmeditatione frāgantur: ſimulq̄ꝫ iudico malū illud opinionis eē nō naturæ. ſi enim in re eſſent cur fierent prouiſa leuiora:ſed ē iiſdē de rebus quod dici poſſit ſubtilius ſi prius Epicuri ſententiā viderim⁹ qui cenſet neceſſe eſſe omnes in ægritudiue eſſe qui ſe in malis eſſe arbitrētur ſiue ille ante prouiſa & expectata ſint:ſiue inueterauerint. nā neq̄ꝫ vetuſtate minui mala:nec fieri p̄meditata leuiora ſtultāq̄ꝫ etiā eſſe meditationē futuri mali:aut fortaſſe ne futuri q̄dē .ſatis eē odioſum

Sēper idē vultus: ſcilicet in ſocrate A qua is fingit̄ vultus mō hylaris mō turbat⁹ ē:ꝑut mēte leti ſumus aut triſtes:vn̄ a verbo volo nomē accepit vt ait Caper: vultus fingi & mutari pōt: facies nō pōt : a vultu vultuoſū fit:q̄d triſte ſignificat vultuoſe loq apud donatū ſignificat facie meſta & fonte ſubducta: vultuoſa frōs apud Apuleiū:ꝑ meſta. Lucreti⁹ dixit vulta neutro genere: vulticulus diminutio vocabulo dicit̄:vultus nullo in animāte ē p̄ter hoiem cuius vim græci norūt: nomē oio nō habēt: vt docet .M. Tul. in primo de legib⁹ Neq̄ꝫ vetuſtate minui mala. Aduerſus hāc epicuri ſētētiam eſt illa ſeruii ſulpitii in vulgata ſententia nullus eſt dolor:quem longinquitas temporis non minuat ac conterat. Seneca quoq̄ꝫ in libro de conſolatione ad Martiam: Dolorem inquit dies conſumit licet continuaciſſimum & quotidie reſurgentem : longinquitas enim & dies medicina eſt tarda quidem ſed tamen magna inueterati doloris. Cicero tamen in epiſtolis ad atticum de exilio ſuo quærens ait. Dies non modo non leuat luctum hunc ſed etiā auget: nā cæteri dolores mitigantur vetuſtate: hic non poteſt. non & ſenſu præſentis miſeriæ & recordatione Præterite vitę continue augeri . Stultam præmeditationē futuri mali ſubſcribit huic epicuri ſententiæ ſeneca qui in epiſtolis moralibus ait illud tibi cipuo ne ſis miſer ante tem-

Vultus

Vultuoſū

Vultuoſe

Vulta

Vulticul⁹

Dolorem conſumit dies.

Ne ſis miſer ante tempus

pus:cum illa quæ velut imminẽtia expauiſti: fortenũquam ventura
ſint quædã nos magis torquent q̃ debent:quædã ante torquent q̃de
Præmedi bent: quædã torquẽt cum omnino non debeãt:profecto qui præme
tatio ma= ditatur futurũ malum. Iã inde:ex animo ſit miſer:anteq̃ facto fiat mi=
la noxia ſer:præſens autẽ tẽpus futuri metu perdere eſt ſine dubio ſtultũ: hoc
eſt quod intelligi voluit ma
ximus poetarũ cũ ait. Cur
ante tubã tremor occupat
artus? quid demẽtius q̃ an
gi futuris. Et in malo eſſe
ante malũ: accerſere ſibi mi
ſerias: quas optimũ eſt dif=
ferre ſi diſcutere nõ poſſis.
Sunt ergo iſti loci cõmu=
nes dicere pro malorũ me=
ditatione & cõtra præme=
ditationẽ futuri mali: rheto
ricari quod mala prouiſa le
uiora ſunt: & q̃ non ſunt.
malum omne cũ veniſſet. Qui au=
tem ſemper cogitauiſſet accidere
poſſe aliquid aduerſi ei fieri illud
ſempiternum malum. ſi vero nefu
turum quidem ſit: fruſtra ſuſcipi
miſeriam voluntariam. Ita ſemper
angi aut accipiendo aut cogitan=
do malo: Leuationem autem ægri=
tudinis in duabus rebus ponit.
a vocatione a cogitanda moleſtia

Triſtitiæ nubilum Auocatione a cogitãda moleſtia: triſtitiæ nubilũ tunc ex animo di=
ſcutitur: tunc mens noſtra ſerenitate perfunditur: quãdo abſtrahitur
a cogitatu moleſtiarũ rerumq; aduerſarũ: & reuocatur ad cõtemplãdũ
Iuuat o meminiſ= ſe beati tẽ poris preteritarũ voluptatum. Ideoq; dicebat Ouidius. Iuuat o meminiſſe
beate temporis: & epicurus ait: voluptatũ perceptarũ recordatio be=
tam vitã facit: qui moriens dũ torqueretur: veſicæ inteſtinorũq; cru=
ciatibus dixit cõpenſabatur tamen cũ his omnibus animi leticia: quã
capiebã memoria præteritarũ voluptatũ: Nam cũ in tria tempora vi
Tria tem pora ta mortaliũ diuidatur: quod eſt: quod fuit: quod futurũ eſt: ex his q̃d
agimus breue eſt: quod acturi ſumus dubiũ: quod egimus certũ: hoc
Quod e= gimus Certum .n. præteritũ tempus eſt: illud in quo fortuna ius perdidit: quod ſapiẽ
ti vacat reſpicere: cui iucunda eſt præteritæ vitæ recordatio. Et vt in
quit epigrãmatarius poeta: Nulla recordanti lux eſt ingrata grauiſq;
Tẽpus p̃= teritum extra re= gnũ for= tunę. nulla fuit cuius nõ meminiſſe velit hoc eſt viuere bis vita poſſe priore
frui hæc eſt: vt ait ſanctiſſime ſeneca pars temporis noſtri ſacra dedi=
cata omnes humanos caſus ſupergreſſa. Extra regnũ fortunę ſubdu
cta quam nõ inopia nõ metus non morborũ incurſus exagitat. Igitur
merito epicurus precipiebat animũ eſſe reuocãdũ ac cõtẽplãdas vo=
Suauis p̃teritorũ malorum memoria luptates: quarũ præteritarũ recordatio maximũ eſt leuamentũ egri=
tudinũ: Nã ſi vt inquit euripides, ſuauis eſt præteritorũ malorũ memo
ria: quanto ſuauior eſſe debet recordatio pręteritarũ perceptarũq; vo
luptatũ. quæ nobis neq; ſubduci neq; eripi poſſunt ictu fortunæ ful=

& reuocatione ad cõtẽplandas voluptates. Parere enim cẽſet animũ rationi poſſe & quo illa ducat ſequi Vetat igitur rõ intueri moleſtias. Abſtrahit ab acerbis cogitationibus hebetẽ aciem ad miſerias contemplãdas a quibus cũ cecinit receptui: impellit rurſum: & incitat ad conſpiciendas totaqꝫ mente cõtractandas varias voluptates quibus ille & præteritarũ memoria: & ſpe conſequentiũ ſapientis vitam refertam putat. Hæc noſtro more nos diximus Epicurei dicunt ſuo. Sed quæ dicam videamus quomodo negligamus. Principio male reprehendunt præmeditationẽ rerum futurarũ Nihil eſt.n.quod tã obtundat eleuetqꝫ ægritudinẽ quã perpetua in omni vita cogitatio. nihil eẽ quod accidere nõ poſſit: q̃

minantis: dixit tamen. M. Tullius in bruto. Quod præteritorũ recordatio eſt acerba: & acerbior expectatio reliquorum: ſapientes bona p̃terita grata recordatione renouata delectant: cũ ſitum ſit in nobis: vt & aduerſa quaſi perpetua obliuione obruamus: & ſecunda iucũde ac ſuauiter meminerimus: ſapiens inquit epicurus præterita grate meminit: & præſentibus ita potitur: vt animaduertat quãta ſint ea: q̃que iucũda: neqꝫ pendet ex futuris: ſed expectat illa fruitur præſentib⁹.

Sapiens nõ pẽdet a futuris.

Parere: obtẽperare: obſeq Cũ cecinit receptui: ꝓuerbialiter: cũ reuocauit mẽtem a contemplatu miſeriarum.

Canere receptui verbũ eſt militare: qđ ſignificat poſt conflictum milites a pugna eſſe reuocandos recipiẽdoſqꝫ in tutũ: intra caſtra: qđ ſit cantu tubarũ & clangore: ſicut canit bellicũ: cũ intitur ipſe conflictus & milites in pugnam prodeũt. Quintilianus in .xii. de oratore loquens: ſic inquit: quare anteq̃ in has ætatis veniat inſidias receptui canet: & in portum integra naue perueniet. Vegetius: tubicines ad bellum vocant milites rurſum receptui canẽtes reuocant Spe ſequentiũ: futurarũ voluptatũ. Epicurei ſuo: mos Epicureorũ eſt: vt citra eloquẽtiã & dialeticos neruos explicẽt dogmata doctoris: qui dialecticã repudiant tanq̃ deuios agentem. Dicere ſolebat Epicurus: omnẽ diſciplinam fuge. Obtũdat: hebetet: infringat debiliter & obtuſam reddat egritudinem: alias obtundere eſt aliquid vt docet Donatus ſepe odioſe repetere: trãſlatũ a fabri malleo. Terẽti⁹: ne me de hac re obtũdas ſepi⁹: obtuſũ dicim⁹ igeniũ: hebes Craſſũ & ſine acumie: ſic egritudo obtũdi dr̃: qñ retuſa: debilitataqꝫ nõ fodicat: neqꝫ vires pũgẽdi habet ſicut ferrũ obtuſũ dicit̃ qđ mucronatũ nõ ẽ: neqꝫ acute ꝑforat.

Canere receptui. Canit bellicum. Dialecticã repudiant. Epicurei. Obtũdere. Obtuſũ ferrum.

Meditatio cōditionis: Repete illud: nihil eſt quod tā obtūdat egritudinē q̄ meditatio cōditionis humane. Nihil ita obtūdit egritudinē q̄ vitæ lex: quæ eſt ipſa ratio. i. iugis cogitatio pereūdi: vel vt alii codices habēt parendi. ſ. neceſſitati interuenientiū infortuniorū. Nam vt inquit ille. Durū ſed leuius fit pacientia: quicquid corrigere eſt nefas

Di∂um cleantis. ait Cleātes. dicor parēs cel ſiq; dominator poli quocū q; placuit: nulla parendi mora eſt: adſum inpiger: dixit M. Tulli⁹ in epiſtola ad. Au. Cecinam: quod leuat dolorē cōmunis quaſi legis & humanæ cōditionis recordatio. Mœret: triſtis eſt & meſtus. Primū explicat ſpeciatim: quæ ſit triplex conſolatio contra caſus aduerſos. Diluit: reſoluit: & eneruat: quēadmodū vinum aqua dilutum ſubneruatur.

Diluere. Diluere dicuntur oratores quando refutant ac refellūt obiectiones aduerſarii. Diluis heleborū dixit perſius pro eo quod eſt medicamētis tēperans. Diluere enim temperare eſt: vt docet agretius grāmaticus.

Dilutum vinū. Dilutū vinū dicitur aqua temperatū cōmixtumq;. Martialis: Dilati bibis vnciā falerni: precipit celſus æſtate dilucius eſſe bibendū. i. aquatius vinū: corrigendus eſt obiter paſſiuus error: neotericoterorū

Error cōmunis idest recentiorum. qui lymphatū vinū vſurpant pro dilutū: quod q̄ recte ipſi viderit: ego ſentio & mecū quiſquis bene ſentit limphatū dici

Limphatū vinū non dici. furibundū veſanū: baccabundū: lymphatos cōmota mente homines dixerunt noſtri quales dicūtur laruati & ceriti. Et lymphare ſignificat veſanū facere & furiare: vt apud Valeriū flaccū: limphauerat vrbē: apud ſtatiū It lymphāte deo quis neſcit a Virgilio dici lymphatā reginam pro mente cōmota & furiata. A lympha fit verbū lymphor inquit Priſcianus: nā quicunq; effigiem nymphæ: a qua lympha dicitur viderit furere non ceſſat. quos greci: ρυμφολнϖτουσ. latini liphatos vocāt: & in hoc ſemper ſignificatu: quod equidē ſciam apud veteres vſurpatur: nuperi nouitiiq; ſcriptores qa limpha eſt aqua: crediderunt cōgruenter dici limphatū vinū pro aquatū: ſed potior apud

Limphati homines.

Laruati Ceriti.

Lymphare.

Nimpholepti.

meditatio cōditionis humanæ: q̄ vite lex cōmentatioq; pereundi. q̄ non hoc affert: vt ſemper mœreamus ſed vt nunq̄: neq; enim quirerum naturā qui vitæ varietatē: qui imbecillitatem generis humani cogitat: mœret cum hæc cogitat: ſed tum vel maxime ſapientiæ fungitur munere. Vtrunq; enim conſequitur vt & conſiderandis rebus humanis pprio philoſophię fruatur officio: & aduerſis caſibus. triplici conſolatione ſanetur. primum q̄ poſſe accidere diu cogitauerit: quę cogitatio vna maxime omnes mo-

meeſt auctoritas veterū: ad q̃ perinde atq; ad anchorā cōfugimus.
Nullū malū niſi culpā: ex doctrina ſtoicorū: q aiūt nullū eſſe malū
niſi turpitudinē: niſi culpā: niſi iprobitatē: vacare autē culpa in calami
tatibus magnū eſt ſolatiū: vt ſcribit. m. tu. in epiſtola ad. C. mariū. Idē
in epiſtolis ad torquatū in hanc ſentētiā ſic infert. Simo igitur ea mē
te: q̃ rō & veritas p̄ſcribit:
vt nihil i vita nobis p̄ſtan= Nihil pre
dū p̄ter culpā putemꝰ: eaq; ſtandū p̄
cū careamꝰ: oia hūana placa ter culpā
te & moderate feramus Pre
ſtari: p̄ſtare verbū ē iuriſcō
ſultorū qđ ſignificat caue=
re & ſatiſfacere: qui idē tidē
ſcribūt p̄ſtandū eſſe dolum
p̄ſtandā noxā: & alia conſi=
milia. Au Gellius ait: pilea=
tos ſeruos venū ſolitos ire
quorū nomine venditor ni
hil p̄ſtaret. Id ab homine p̄
ſtari poſſe dicitur: quod in preſtare
hominis poteſtate ē. vt fiat
vel nō fiat: ſed mala multa
q̃ eueniūt q̃ ab hoie preſtari
nō poſſunt: ea nō habenda
eſſe dicūt in malis neq; cul
pæ affinia: alias p̄ſtare ē ex=
cellere ac ſuperare. Fodicā
tibꝰ: lācinātibꝰ: laniātibꝰ fo
diētibꝰ. Quæ eſſēt hoie
digniſſima virtutes itelligit
q̃ vel ſola bona vel maxima
bonoꝝ ſētiūt eē nobiliſſimi
philoſophi. Peruellere: vel
licare: & vellicationibꝰ qui Peruelle=
buſdā pſtiīgere: & pūctiun re.
culis cruciare: vermiationi=
bꝰ torq̃re. Magna vis ēi vir
tutibus: ea vis virtutū ē vt Vis virtu
fortūę fulmināti nō ſuccū= tis
bāt: vt ſupra fortunā ſit nō Aduerſus
ītra collocatę: muro i expu= ſolem.

leſtias extenuat & diluit. Deinde quod humana ferēda intelligit: poſtremo quod iubet nullū malum eſſe niſi culpā. Culpam autem nullam eſſe: cum id: quod ab homine non potuerit præſtari vt nō eueniret: euenerit. Nam reuocatio illa quā affert: cum a contuendis nos malis auocat. nulla eſt. nō eſt enim in noſtra poteſtate fodicantibus his rebus. quas malas eē opinemur diſſimulatio vel obliuio. Lacerant vexant: ſtimulos admouent: ignes adhibent: reſpirare non ſinunt. & tu obliuiſci iubes quod contra naturā eſt. Quod a natura datū eſt auxiliū extorques inueterati doloris. eſt enim tarda illa quidē medicina: ſed tamē magna quā affert lōginquitas & dies. Iubes me bona cogitare obliuiſci malorū. Diceres aliquid & magno quidē philoſopho dignū: ſi ea bona ſentires eſſe quæ eſſent homine digniſſima. Pythagoras mihi ſic diceret: aut Socrates: aut Plato. Quid iaces: aut quid mœres: aut cur ſuccumbis: cediſq; fortunæ? quæ peruellere te forſitan potuerit: & pūgere: nō potuit certe vires frāgere. Magna vis eſt

gnabili ſeptæ:quē fortunæ tela non tranſeūt:virtuti oppoſita nihil detrahūt:ſibi eadē eſt: & more ſolis obſcuri vim ſuam occultā exercet: hoc itaq; vt inquit optime Seneca aduerſus virtutē poſſunt calamitates & dāna:& iniuriæ:qđ aduerſus ſolē poteſt nebula:ſenſus eſt Ciceronis fortunā vellicare quidē poſſe;ſed frangere penitus nō poſſe virtutū ſepimenta:quas ait excitādas eſſe:ſicut vigiles ſōno cōniuētes excitari ſolēt ad impetū hoſtis ſupprimēdū retūdendūq;. Princeps fortitudo:cui⁹ virtutis principale officiū eſt in laborū perpeſſione & doloris mortiſq; contentione. Aderit temperātia: cuius dominatio eſt in deſpiciēdis voluptatibus & in decoro ſeruādo: Iā minimū loci:ſenſus eſt in cā miſeriarū moleſtiarūq; plurimū loci ſibi vendicat iuſticia: cuius partes ſunt:aliena non capere. Ius ſuū vnicuiq; tribuere: q aūt natus eſt cōditione mortalitatis iniuſtus fit: dū poſtulat eſſe imortalis. Appetit .n.id qđ alienū eſt ab humana natura. Item iniuſtus eſt dum more mali debitoris grauiter fert reddere creditori qđ acceperat mutuū: ē .n.peſſimi debitoris creditori mutuū repetēdi facerē cōuitiū Idē iniuſti hois nolle ē reddere vitā naturæ repoſcēti:q̄ acceperat p̄cario:ſapiēs.n.eſt p̄carii ſpiritus:& vt inqt Seneca ſe ip̄m inter p̄caria numerat:qcqd nobis eſt ex aduēticio fulget liberi honores:opes:latifundia alieni cōmodatiq; ſunt:alia ex his primo die:alia ſecūdo reperūt:oportet nos:ſi iuſti eē volum⁹.In prōptu hēre & appellato reddere ea:que mutuo accepimus:quorū vſus fructus tātū noſter eſt.Quidā codices habēt:cui minimū eē videt in hac cā loci.Quæ lectio purior ē & ſpecioſior:vt ſit ſenſus:ī hac egritudinū cā vix eē locū iuſticiæ.Prudētia cui⁹ mun⁹ ē cōmoda & aduerſa diſtiguere: bona & mala iternoſcere.

Peſſimi debitoris creditori facere cō uitium. Aduentitia oia.

in virtutib⁹: eas excita: ſi forte dormiūt. Iam tibi aderit princeps fortitudo: quæ te animo tanto eſſe coget: vt omnia quæ poſſent homini euenire contēnas:& pro nihilo putes. Aderit temperātia: quæ eſt eadē moderatio:a me quidē paulo ante appellata frugalitas: quæ te turpiter nequiter facere nihil patiatur. Quid eſt aut nequus aut turpis effœminato viro: nec iuſticia quidem ſinet iſta facere: cui minimū eſſe videtur in hac cauſa loci: quæ tamen ita dicet dupliciter eſſe te iniuſtum.& cum alienum appetas qui mortalis natus conditionem poſtules immortalium: & grauiter feras te quod vtendum acceperis reddidiſſe. Prudentiæ vero quid reſpondebis dicenti:

Virtutem ſeſe eſſe contentã:cecinit Silius in.xiii. Ipſa quidẽ virtus ſibimet pulcherrima merces in nouiſſima tuſculana diſputabit̃ an virtus ſola ſufficiat ab beate viuendũ. Ad beate:quidã autumãt virtutem ſeipſa eſſe contentã:ſolãq̃ʒ ſufficere ad bene viuendũ ſed ad beate viuendũ non eſſe ſatis idoneã:tãq̃ aliud ſit bene viuere: aliud beate viuere:vt bene viuere ſit honeſte laudabiliter recte q̃d etiã in tormentis eſſe poteſt beate autẽ viuere ſit in fœlicitate:& voluptatibus affluẽtioribus degere: ad q̃d virtus ſola non ſufficit: ſed apud ſtoicos bene viuere & beate viuere nõ ſeiũgũtur: ſed opulantur: ideoque qui bene viuit ex illorũ ſententia is beate viuit: & ita virtus ſeipſa cõtenta eſt ad bene beateq̃ʒ viuendũ. Quæ ſi extrinſecus religata:ſtoici dicũt philoſophiã ouo ſimilẽ eſſe: aſſimilantes logicen putamini.ethicen albumini phyſicen luteo ſiue vitello interiori: cõſimiliter virtus orbi rotundo orbiculatæq̃ʒ figuræ cõparatur:quæ nullarum egens compaginũ ſe includit & continet: nec finem aut initium vllis ſui partibus ſentit. In hanc ſententiam dixit Oratius in ſecundo ſermonum: fortis & in ſeipſo totus teres atq̃ʒ rotundus. Externi ne quid valeat per læue morari. In quem manca ruit ſemper fortuna conſimiliter Virgilius. Virum bonum ſapientemq̃ʒ graphice deſcribens ait: Securus mundi inſtar habens teres atq̃ʒ rotundus: externæ ne quid labis per læuia ſidat. Itaq̃ʒ virtus non debet veluti appendix eſſe & cõſequia extrinſecus religata: ſed a ſeipſa progrediens in ſe ipſam reuerti inſtar orbis. Doctrinæ quoq̃ʒ apud veteres dictæ ſunt encycliæ quaſi orbiculares: quoniam connexione quadam vti corpus vnum compoſitæ ſunt & coagmentatæ. Ad hæc bona: virtutes intelligit: quæ ſunt bona homine digniſſima: non autem voluptates Epicuri. Quas? ſuſpendendum eſt & cum interrogatione pronunciandum.

Bene viuere.

Beate viuere.

Philoſophia ſimilis ouo.

Virtus inſtar orbis

Teres atq̃ʒ rotũd⁹

Doctrinę encycliæ

virtutẽ ſe eſſe contentã quomodo ad bene viuẽdũ:ſic & ad beate:quę ſi extrinſecus religata pẽdeat:& nõ oriatur ex ſe: & rurſus ad ſe reuertatur: & oĩa ſua cõplexa nihil quęrat aliũde:nõ intelligo cur aut verbis tã vehemẽter ornanda: aut re tanto opere expectanda videatur. Ad hæc bona me ſi reuocas epicure pareo:ſequor:vtor teipſo duce obliuiſcor etiã malorum vt iubes eoq̃ʒ facilius q̃ea ne in malis quidẽ ponenda cenſeo:ſed traducis cogitationes meas ad voluptates:quas corporis credo: Aut q̃ ꝓpter corpus vel recordatione vel ſpe cogitentur. Nunquid eſt aliud? recte ne interpretor ſententiam tuam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſolent enim negare nos intelligere quid dicat Epicurus. Hoc dicit: & hoc ille græculus me audiente athenis ſenex zeno iſtorum acutiſſimus contendere: & magna voce dicere ſolebat eũ eſſe beatum: qui pſentibus voluptatibus frueretur. Cõſideretq; ſe fruiturũ aut i omni aut in magna parte vitę: dolore nõ interueniẽte: aut ſi interueniret: ſi ſummus foret: futurum breuem: ſi productior plus habiturũ iucũdi

Solent iſti negare: Doctrina epicuri modo voluptaria dicitur: modo ſeuera & ſancta: quæ inter ſe pugnantia ſunt cuius rei cauſa eſt:

Pugnat ſecũ epicurus.

Vmbratici epicurei

quia Epicurus ſecum ipſe pugnat ac diſſidet. Seneca libro quarto de beneficiis delicatam vocat: & vmbraticam turbam epicureorum in conuiuio philoſophantiũ apud quos virtus voluptatum miniſtra eſt: illis paret illis deſeruit illas ſupra ſe habet. aliubi quoq; inquit epicurũ corpori plurimum indulſiſſe: tanquam philoſophum voluptarium

Epicurus mõ voluptari⁹: mõ ſeuerus

E cõtrario in libro ad Gallionem de vita beata. Dicit epicurum ſancta & recta precipere: & ſi propius acceſſeris triſtitia: cuius voluptatem ait eſſe ſiccam ac ſobriam: pleriq; omnes dicunt ſectam Epicuri flagitiorum magiſtram eſſe: & voluptatum ducem: cum voluptate ſummum bonum metiatur. Defenſores ſectatoreſq; Epicuri ita defendũt doctorem vt

Verba epicuri.

dicant nos non intelligere de qua voluptate Epicurus loquatur: tãquam non in voluptate guſtus & tactus corporis ſummũ bonũ collocet: ſed in voluptate animi & in indolentia: hanc autẽ ſententiam corroborant auctoritate verbiſq; ipſius Epicuri ita ſcribentis: cum dicimus voluptatem finem eſſe non luxurioſorũ voluptates eaſq; que in guſtu ſunt poſitæ: vt quidam ignorantes aut a noſtra ſententia diſſentientes aut male accipientes arbitrãtur: ſed nõ dolere corpore: animoq; tranquillũ eſſe & perturbatione vacare dicimus: hæc quidẽ Epicurus vno in loco: ſed alibi voluptatẽ illã: quæ ex tactu guſtatu: & ſenſibus percipitur plane ac perſpicue eſſe dicit beatæ vitæ effectricẽ. Vnde non immerito: cũ varia tradat: varie male audit & bene audit: nũc Cicero verba ipſa Epicuri interpretatur: ne poſſint epicurei ire infitias & negare hoc eſſe dogma doctoris ſui. zeno: fuit hic epicureus Mar. Tulii ſynchronos hoc eſt æqueuus & vt dici ſolet contempora-

zenones.

Productior.

neus. Alius fuit zeno eleates: alius zeno cithicus ſecte ſtoice conditor de hoc zenone epicureo meminit in primo de finibus: ſed eũ cum attico frequenter audiuiſſe teſtatur epicuri ſententias explicantẽ. Futurum breuem ex diſciplina Epicuri hoc eſt. Dolor ſi ſumus breuis: ſi longus leuis. Si productior: ſi longior ſit dolor Columela flagellũ

vocat productiſſimũ. quod longiſſimũ eſt: inuitibus: proceriſſimũq̃.
Preceptis bonis prægustatis: & ante captis. Quid ergo? hinc Cice
ro incipit repræhendere dogma epicuri: formulamq̃ de vita beata.
Thyeſtem leuare: recreare: releuare: leuiorem facere egritudinem in
thyeſte. Virgilius inuiſum numen terras cœlũq̃ leuabat: alias læuare

q̃ mali. Hęc cognitantẽ fore beatũ
p̃ſertim ſi & ante p̃ceptis bonis cõ
tẽtus eſſet: nec mortẽ nec deos exti
meſceret. Habes formã Epicuri vi
tæ beate verbis Zenonis exp̃ſſam:
nihil vt poſſit negari. Quid ergo?
huius ne vitæ propoſito & cogi-
tatio aut Thyeſtem leuare poterit
aut poetã de quo paulo ante dixi
aut Telamonẽ pulſum patria exu-
lantẽ atq̃ egentẽ in quo hæc admi
ratio fiebat. Hiccine eſt Telamon
ille? modo quem gloria ad cæ-
lum extulit: quem ſpectabant: cu-
ius ob os graii ora obuertebant
ſua. quod ſi cui vt ait idem ſimul

prima longa ſignificat ex-
polire & leuor pro pollitura
& nitore ponitur. Aut te-
lamonẽ pulſum: hercules in
expugnatione troiæ inter-
fecto laomedõte telamonẽ
coronauit ob egregia virtu
tis merita: cũ primus vi tro
ianos muros aſcendiſſet at-
q̃ vrbẽ introiſſet: eiq̃ tradi
dit heſionẽ filiã laomedon
tis ex qua natus eſt teucer:
fuit autẽ telamon eaci filius
pelei frater: qui ex egina in-
ſula patris regno pulſus in
exilium: petiit ſalaminã: vbi
ducta vxore nomine Glau-
ca cychrei ſalaminiorum regis
filia impauit illi inſulæ. pe-
leus ob fratricidiũ extorris
in theſaliã fugiẽs purgatus
eſt ab acaſto rege. & in participatũ regni aſcitus. Hiccine eſt telamõ
verba ſunt opinor ex ennii tragedia: nã Nonius marcellus citat enniũ
in Telamone. Cuius ob os: in laudẽ telamonis hoc dictũ eſt a tragico
poeta: q̃d tãta fuerit telamonis virtus & gloria: vt græci ad illũ os ſpe
ctãdũ oẽs ora cõuerterẽt. De alcibiade quoq̃ p̃ditũ eſt: q̃d i illũ vni-
uerſa ciuitas atheniẽſiũ oculos. In illũ ſuſpẽſa ora cõuerterat alcibiadẽ
quaſi de cœlo miſſũ cõtuẽtes admirabant̃: q̃n etiã cicero noſtro glo-
rioſior impẽdio gloriat̃ idẽ ſibi accidiſſe q̃d telamoni: vt eſſet cũctis
ex admiratione ſpectabilis: vſurpatq̃ hũc verſũ de ſemet ipſo: ſic eni
ſcribit in epiſtola ad papiriũ petũ. In eo igit̃ inq̃s cõuiuio Cicero ille:
quẽ ſpectabãt: cuius ob os graii ora obuertebãt ſua: ob os autẽ ſigni-
ficat ad os: antiquos enim vſos eſſe ob p̃poſitione p̃ ad teſtis eſt en-
nius qui ait acherontẽ obibo pro adibo. Item oẽs occiſi occenſiq̃ in
nocte ſerena ideſt accenſi. Dicebaturq̃ quoq̃ obmoueo p̃ admoueo.
obiacent pro adiacent. obiurare pro adiurare. & cõplura hoc genus.

Leuare.
Leuior.
Telamon
Pele⁹ fra-
tricida.
Telamon
ennii.
Oc̃li om
niũ in al
cibiadẽ
Ob os
Obibo p̃
adibo.
Occenſi
pro accẽ-
ſi.
Obiurare

Animus re cõcidit:ideſt alacritas & vigor animi cecidit corruitq; cũ iactura regni. Naturaliter enim accidit vt qui rẽ amittat:animo quoq; cõcidat ac debilitet̃.cũ ex opibus cõfidentia ꝓgignatur: & ex re animus fiat impenſior.& hic eſt verior ſenſus ac purior lectio q̃ ſi legas animus rem cõdidit pro cõſtituit. Quanq̃ id nõ vocatur voluptas in natura rerũ tria ſũt.

**Tria in rerũ natura**

animus re concidit a grauibus illis antiquis philoſophis petenda medicina eſt non ab his voluptariis: quam.n.iſti bonorũ copiam dicũt: Fac ſane ſummum bonũ eſſe non dolere: quãquam id non vocatur voluptas:ſed non neceſſe eſt nunc omnia:id ne eſt quo traducti luctũ leuemus. Sit ſane ſummũ malũ dolere. In eo igitur qui non eſt:ſi malo careat.continuo:ne fruitur ſummo bono. Quid tergiuerſamur Epicure? nec fatemur eam nos dicere voluptatem:quam tu idem cum os perfricuiſti ſoles dicere:ſunt hęc tua verba nec ne? In eo quidẽ libro

vnum cum in voluptate ſumus:alterũ cum in dolore: tertium cum nec in dolore nec in voluptate: verbi gratia:vt in voluptate ſint qui epulentur. In dolore q torqucantur. Interiecti & intermedii ſint:nec letantes nec dolentes. Ex quo liquet errasse epicurũ a quo dicitur omnem qui ſine dolore ſit eſſe i ſumma voluptate. In eo igitur qui non eſt. Eum qui non ſit in dolore nec in ſtatu dolendi: nõ ſtatim dicimus frui ſumma voluptate: propterea quod talis nõ dolendi ſtatus nõ vocatur voluptas.& q ſine dolore ẽ non continuo dicendus eſt eſſe in ſummo bono: cum ſicut iã docuimus aliud ſit in dolore aliud in voluptate eſſe. Plato in philebo teſtis eſt tertiũ eſſe ſtatũ neq; mœrentis neq; gaudentis Continuo:ſtatim. Quid tergiuerſamur: apoſtrophe eſt ad ipſum epicurũ.ne tergiuerſetur diſſimuletq; ſe loqui de voluptate corporali antiqui tergiuerſatorẽ dicebant: bouinatorẽ. vt Lucilius.hic ſtrigoſus bouinatorq; ore improbus duro. Cum os perfricuiſti:ideſt cũ pudorem ſequeſtrati & verecũdiam depoſuiſti. Queritur Διατιαισχυρο μενοι ερυφριοσιν.cur erubeſcunt quos puduit: cauſa ruboris eſt quoniã pudefactis ſanguis de corde in omnes corporis partes diffunditur:ita vt ſuperficiem occupet: hoc docet ariſtoteles in problematis.ſed cur id fiat non dicit.adhuc.n. queri poteſt quã ob cauſam pudor ſanguinẽ diffundat. Eſt autem pudor .i. αισυνη. vt philoſophi diffiniunt φοβοσΔικαιου ψερου .i. timor iuſtę repræhenſionis.Igitur cũ in pudibundo ſanguis diffundatur ex corde in faciem tanq̃ velamentum: qui inuerecundi ſunt &

**Aliud nõ dolere. Aliud in voluptate eſſe**

**Tergiuerſator Bouinator.**

**Cauſa ruboris**

**Pudor quid**

erubeſcere videri volūt:hi ſolēt os & frontem perfricare ad ruborem illū digerendū:& ſanguinē ad interiora repellendū: hinc facta eſt locutio prouerbialis de inuerecūdo.vt dicatur.perfricuit os: perfricuit fac.ē.perfricuit frontē. pro eo quod eſt pudorē omnē penitus abiecit expulit:Plinius:perfricui faciē nec tamē profeci:epigrāmatiſta.& ſi pfricuit frontē poſuitq̧ pudorem. Munere: officio.

Perfricuit os perfricuit frontem.

qui continet omné diſciplinā tuā. fungat.n.iam interptis munere: ne quis me putet fingere: dicis hæc: Nec equidē habeo quod intelligā bonū illud: detrahens eas voluptates.que ſapore percipiūtur:detrahens eas etiā que auditu & cātibꝰ: detrahens eas etiam que ex formis percipiūtur: oculis ſuaues motiones: ſiue que alie voluptates in toto homine gignūtur quolibet ſenſu. nec vero ita dici poteſt mentis leticiā ſolā eſſe in bonis. letantē.n. mētē ita noui ſpe eorū omniū:quę ſupra dixi fore: vt natura potius dolore careat. Atq̧ hæc quidē his verbis q vis vt itelligāt quā voluptatē norit Epicurus. deinde paulo

Quæ ſapore percipiūtur: voluptates guſtatus ſignificantur: qui ſenſus auctore Ariſtotele certiſſimus eſt in homine. Plinius exiſtimas omnibus ſenſum guſtus eē. cur enim alios alia ſapores appetūt.multi ſunt abdomini nati: qui ſe ob hoc ſolum viuere dicūt: vt edant & bibant percipiātq̧ ex ſaporibus multi iugis voluptates. Siquidē ſaporū genera tredecim reperiūtur dulcis:ſuauis:pinguis:amarus:auſterus:acer:acutus:acerbus:acidus:ſalſus: tres alii ſapores varietate mixturæ. Annotandū tria eſſe naturæ rerū elementa:ignem: aerem: aquā:ſine ſapore: ſine odore: ſine ſucco. Exformis: viſum intelligit oculorū:vt inquit Plato.eſt in nobis ſenſus acerrimꝰ: quo tamē ab aquila ſuperamur:cuius acies acutior eſt.Detrahe homini oculos omnē cupiditatem detraxeris. vitiis enim noſtris in animū per oculos via eſt vt inquit Quintilianus in pariete palmato.Idem in ceco in limine. oculi tota noſtra luxuria. hi nos in omnia quotidie vitia pcipitant:mirantur:adamant:cōcupiſcūt. Quolibet e ſenſu:voluptatē hanc eſſe ſentiūt omnes: quā ſenſus accipiens mouetur & iucūditate quadā perfunditur.Maximas enim voluptates eſſe circa corpus exiſtimant vt inquit plato in libro de ſummo bono. Naturalis potiens.lego natura his potiēs: vt ſit ſenſus: naturā hominis potiētē fruentēq̧ his bonis ſenſualibus nō dolere. Quā voluptatē.videlicet guſtus & tactus reliquorūq̧ corporaliū ſenſuū.M.Tullius in ſcdo

Guſtus ineſt oībꝰ aiantibus

Genera ſaporū tredecim

Elemēta tria ſine ſapore & odore.

Per oculos via vitiorum.

de finibus teſtificatur inquit Epicurus ne intelligere quidē poſſe: vbi
ſit vllū bonū pter illud quod cibo & potione & auriū delectatione. &
obſcœna voluptate capiatur. Si illa detraxiſſent: voluptates. ſcili-
cet corporales ſenſualeſqȝ: Voces inanes fundere: taxat epicurus au
ſteros illos ſeueroſqȝ philoſophos: qui vocibus iactantes honeſtū eſſe
ſummū bonū: & voluptatē
criminātes tāq̄ ſummū ma
lum: aliter deinde viuūt ac
loquantur: tales verba fun-
ditant inania & caſſa: plena
qȝ gloriationis & cenodo-
xiæ: a quibus res ipſa diſſi-
det diſſentitqȝ. Virtutes e

Virtutes ebullire.

bullire: qui per voces bullā-
tes & verba ſeſquipedalia
& ſentētias tumētes grandi
boatu exporrecto bella bel
lo loquuntur de virtute: hi
decēter dicūtur virtutes e-
bullire: ſicut aqua in aheno
calefacta ebulliens nō ſe ip
ſa capit: ſed intumeſcit: qđ
hac tēpeſtate fieri per ſepe
videas a puſculis eccleſiaſti
cis concionatoribus: qui in
tēplis pro ſuggeſtu in maxi
ma populi corona virtutes
prædicāt: virtutū pręcones
ſunt: virtutes ſonoro boa-
tu inſonant adeo vt in ore eorū & labris nihil aliud q̄ virtus audiatur

Virtutū buccinatores Intus vitioſi

quos ſi intrinſecus introſpicere liceret haud dubie videres vitiis enor
mibus refertiſſimos. ita fit vt hō iracūdiſſimus pcipiat nō eſſe iraſcen
dū: vt vitioſiſſimus prædicet virtutes eſſe ſuſcipiēdas: quas ipſe ore
exornat mente deculcat. lingua oſtentat. animo inceſtat. foris triſtis
intus diſſolutus. Ad hancine igitur vitā: cōuerſio fit ad epicurū. in

Contra hippocritas.

cuius vita voluptaria nullā eſſe medelam demonſtrat: nullū fomentū
ad leuandas animi egritudines qualibus telamon pulſus ex patria affi
ciebatur. Accipenſerem: ludit epicurū: tāq̄ ex eius doctrina potior

Accipenſer piſcis.

ſit piſcis ad ſanandā triſtitiā q̄ libellus philoſophicus. Eſt aūt accipē-
ſer piſciū nobiliſſimus habitus apud antiquos. vnus omniū ſquamis
ad os verſis cōtra aquā nando meat. De quo Plinius: Macrobius: Sā-

infra. ſepe queſiui inquit ex iis qui
appellātur ſapiētes: quid haberēt
q in bonis relinquerent: ſi illa de-
traxiſſent: niſi ſi vellēt voces inanis
fundere. nihil ab his potui cogno-
ſcere. q ſi virtutes ebulire volent &
ſapientia: nihil aliud dicēt: niſi eſſe
viā qua inficiātur hæ voluptates:
quas ſupra dixi. quæ ſequuntur in
eadē ſentētia ſunt. Totuſqȝ liber: q
eſt de ſummo bono refertus & ſen
tētiis & verbis talibus eſt. Ad hāc-
cine igitur vitā Telamonē illū re-
uocabis vt leues ægritudinem. & ſi
quē tuorū afflictum mœrore vide
ris: huic accipenſerem potius quā
aliquē ſocraticū libellū dabis? au
lon hortabere: vt audiat voces po

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

monicus ſerenus: Martialis: Oratius: cæteri: de quo & nos ſcripſim⁹ in appendice trãquilli cõmẽtariorũ explicãtes corrigenteſq; illud Lucilianũ. acciperenſe cum decumano. αυλον hortabere: ſenſus eſt ad mitigandũ dolorẽ nõ tã adhibendũ eſſe ſonũ tibialẽ & cantũ vt placet epicuro q̃ platonicas conſolationes αυλον genitiuus eſt pluralis & ſignificat tibiarũ. græco eni ſermone αυλι dicitur tibia. idẽ voces aulon .i. tibiarũ dictæ: monaulon appellãt dictiõe græca vnicã tantũ tibiã qua quidam tibicinio nobiles vtuntur: monaulon inuenit Mercurius. Geminas tibias marſias: canere cũ tibia dardanus inſtituit: de monaulo Martialis. ſepe duas pariter ſepe monaulon habet. Plinius in. xvi. tibialẽ calamũ appellat auleticon hoc ẽ tibiis conficiendis idoneum.

tius quã Platonis. Expones que ſpecie et florida & varia: Faſciculũ ad naris admouebis. Incẽdes odores: & ſertis redimiri iubebis & roſa. ſi vero etiã aliquid admoueris tam plane luctũ omnẽ abſterſeris. hæc Epicuro cõfitenda ſunt: aut ea quæ modo expreſſa ad verbum dixi tollenda de libro. vel totus liber potius abiicieudus: Eſt enim confertus voluptatibus: quærendum igitur quemadmodum ægritudine priuemus eũ: qui ita dicat.

Faſciculũ: olfactoriola intelligit. de quibus in Eſaia in die illa auferet dominus diſcriminalia periſcelidas & murenulas & olfactoriola. & inaures. ſunt autẽ diſcriminalia: vt in tranſcurſu verba ſacri antiſtitis explicemus: acus & inſtrumẽta feminea ad diſcrimen capitis cõcinandũ: qbuſq; diſcernitur capillus qd̃ diſcerniculũ alio nomine appellãt. periſcelides dicũtur ornamẽta pedũ circa crura. vt docet porphirio enarrans illud oratianum. Sepe periſceliden raptã ſibi flẽtis ϖερι græce circũ. τοσκελοσ crus. quidã periſcelidas accipiũt ꝓ feminalibus. Inſcitiſſime expoſuit cõmẽtator inſtrumẽti veteris periſcelidas ꝓ ornamẽtis brachioꝝ ſiue manuũ. ſicut muremulas ꝓ limbo & fimbria pperã interp̄tat: ſunt. n. murenulæ ornamẽta colli flexuoſa inſtat murenarũ & catellæ ex auro quibus matronæ cõdecorãtur. ſicut planiſſime docet diuus Hieronymus in epiſtola ad marcellã his verbis. Aurũ colli ſui: quod murenulam vulgus vocat: quod. ſ. metallo in virgulas lenteſcente quædã ordinis flexuoſi catena cõtexitur. abſq; parentibus vendidit. Inaures: vt hoc quoq; velut auctariũ adiiciamus. ſunt aurium ornamenta. ſed vt iam domũ repedemus. ſcribit Tullius in verrinis. C. Verrem ſolitũ ſibi apponere ad nares reticulum tenuiſſimo lino minutis maculis plenum roſæ. De libro: quem compoſuit Epicurus de ſummo bono.

Aulon tibia.

Monaulon.

Auletic⁹ calamus tibialis

Olfactoriola

Diſcriminalia.

Diſcerniculum

Periſcelides.

Murenulæ.

Inaures.

Pol mihi: verſus Ennii poetæ. quo idē telamon in exiliū pulſus: lamētatur nihil ſibi exulanti ꝓdeſſe generis nobilitatem claritudinēq̃ nataliū: vt pote qui nepos Iouis filius eaci ex egina ſit: doletq̃ fortunā illā priſtinā deeſſe: cuius indulgētia fortunato ſibi regnū ſuppetebat cūctaq̃ bona affatim affluebant. Ex regno aūt in exiliū trudi graue eſt.

**Pol mihi fortuna magis nūc defit quā genus. Nāq̃ regnū ſuppetebat mihi: vt ſcias quanto e loco: quantis opibus quibus de rebus lapſa fortuna occidat. quid huic calix mulſi impingēdus eſt: vt plorare deſinat. aut aliquid eiuſmodi ecce tibi ex altera parte ab eodem**

Calix mulſi impingēdus: exulāti homini & ex regno in calamitatem corruenti non potio ſuauis pro fomēto medicinaq̃ eſt porrigenda: ſed philoſophicæ cōſolationes ſubiciēdæ ad egritudinē leniendam.
Mulſum — mulſum eſt potio ꝓcioſa ex vino melleq̃ confecta. cuius mentio eſt apud ſcriptores omnes: ſcribit Pli. in. xxii. mulſum ex vetere vino vtiliſſimū fieri: quod facillime cū melle cōcorporatur. corpora auget. multi ſenectam longā mulſi nutricatu tolerauere.
Exēplum Pollionis romuli. — celebri pollionis romuli exemplo: quē centeſimū annū excedentem cū diuus Aug. hoſpes interrogaret: qua nam ratione maxime vigorem illum animi corporiſq̃ cuſtodiſſet. ille reſpondit. intus mulſo foris oleo.
Melitetes — Melitetes quoq̃ ex vino & melle cōficitur diſtans a mulſo. fit. n. ex muſto & cōgio mellis & cyatho ſalis ſufferuefactis: greci mulſū vocant: οἰνομελι & μελικρατυσ.
Melicraton. — Vlpianus iuriſconſultus titulo de vino & tritico legato: vini appellatione autumat mulſum nō contineri: oinomeli cōtineri.
Oinomeli — Interp̄taturq̃ oinomeli vinū eſſe dulciſſimū. quod ſi proba eſt vlpiani ſentētia: mulſum nō erit idem quod oinomeli:
Promulſidaria — ꝓmulſidaria dicūtur vaſa: quibus mulſum cōtinetur: ſcribit pomponius iuriſconſultus. legatis vaſis ſcutellas & promulſidaria cōtineri. M. tullius epiſtola quadā ad papiriū petum ſic refert: habuiſſes nō hoſpitē ſed cōtubernalē: at quē virū. non eū: quē tu es ſolitus ꝓmulſide cōficere.
ꝓmulſis — vbi ꝓmulſis accipitur ꝓ pulmentario ſiue potione ex mulſo condita: vnde promulſidaria vaſa deduci autumo: notandū vſurpari mulſum pro adiectiuo:
Lac mulſum — vt apud Pliniū lac mulſum.
Acetum mulſum — acetum mulſum. aqua mulſa. quæ melle cōcinnata ſignificātur apud Plautum ex amantis & blandientis affectu dicitur mea mulſa. græco ſermone
Calix — υλιξ nominatur vnde deriuatus calix pro poculo.
Impingere. — Impingēdus: dixit quaſi illidendus & nolenti ingerendus. impingi. n. ſignificat vim quappiā: vt apud Hieronymū. Impegi nouiſſime in Danielem & apud Virgiliū. exanimata ſequens impingeret agmina muris. Ab eodem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

poeta.ſ.ennio. Ex opibus ſummis: verba ennii poetæ ex tragedia: qua inducitur Andromacha vxor hectoris poſt necē mariti. poſt obitum priami. poſt excidium troiæ captiua: a græcis abducta ita lamentari erūnas ſuas apud Senecam introade inducitur queribunda. Grāmatici allegāt Enniū in andromacha. apud homerū vltima iliados rhapſodia Hectorē defunctū andromacha & hecuba penetrabili querimonia lamentantes cōplorant. ergo andromacha ex regiis opibus deuoluta & in ſeruitutē tranſducta hiſce verbis apud poetā Enniū deflet ſuas erūnas.

Andromacha. Ennii.

poeta: ex opibus ſummis opis egens Hectori tuæ huic ſubuenire debemus querit.n.auxiliū. quid petam præſidii: aut exequar: quomo doue nūc auxilium exilii: aut fuga freta ſim: Arce & vrbe orba ſum: quo accedam: quo applicem: cui nec aræ patriæ domi ſtāt: fractæ & diſiectæ iacēt. Fana flāma deflagrata. Toſti alti ſtant parietes deformati: atq; abiete criſpa. ſcis quæ ſe

Opis egens: indiga auxilii: ops antiqui dicebant quē nūc opulentū. vt teſtimonio eſt contrariū inops. ops terra dicta apud antiquos: q; hic oē opus. & ideo dr̄ ops mater. q; terra mater opis deæ dies feſtus opalia dicta: quæ erāt poſt ſaturnalia. Itē opecōſiua dies dicta ab dea opeconſiua. cuius in regia ſacrariū: priſci iouē coluerūt cognomēto opitulū. qđ opē indigentibus ferret Annotāt grāmatici opē ſingulariter auxiliū opes pluraliter diuitias ſignificare: ſed & opē veteres dixerūt ꝑ opulentia. Quid petā p̄ſidii: exanimata ac vecors p̄ſta agere infortuniorū andromacha: neſcit vnde p̄ſidiū petat: a quo exilii ſuſpetias imploret. Ennius fecit fabulā titulo & argumēto andromachā emulatus euripidem: cuius hic eſt verſus. Andromachæ nomen qui indidit recte ei indidit: quo verſu inſinuat andromachā ſignificare viraginē & viris depugnantē: quaſi andromachetē: fuit.n. virili aio ſepta & q̄dā veluti virago: qđ & Homeri teſtimonio ſatis liquet. Hectori tuo.ſ. marito. Freta: confiſa. Vrbe orba ſum proſonomaſia eſt. ſiue annominatio: que fit ſimilitudine aliqua vocū. & vicinitate quadā verborū: vt quis locus aut lucus: vt ex oratore arator: vt diligere oportet quē velis diligere: de qua Quintilianus cicero & ceteri. Quo accedā: cōſimile eſt illud grachanū: quo me miſer cōferā. quo vertā. Fana tēpla: vel a fauno: vel q; fando cōſecrātur. Toſti: cremati. Abiete: criſpa. Intelligit lacunaria ſiue laquearia ex abiegnis trabibus texta fuiſſe deformata flāmis & exuſta: materies.n. vt inqt Plin. in. xvi. abieti pulcherrima eſt in trabibus p̄cipua aūt dos eſt criſpantibus: & in torto quodā diſcurſu venarū p̄cio-

Ops. Ops mater. Opalia Opeconſiua. Opitulus iuppiter Andromacha vnde. Proſonomaſia Annominaton. Locus Lucus. Fana Abies in

edificiis valida. ſis:pōdus ſuſtinere in edificiis valida eſt. Abies etiā in trāſuerſum poſita:renititurq̃ pōderi:nec temere rūpitur:priuſq̃ carie q̃ viribus deficit. abies arborū altiſſima rectiſſimaq̃ eſt:cuius pars inferior enodis ē

Sapinus & ſapinus vocatur:ſuperior nodoſa duriorq̃ eſt: fuſternā vocāt:quā

Fuſterna. do p̄cipit cato preliū ex ſapino faciēdū intelligi vult ex abiete enodi: que pars a terra ē: ab abiete

Abietari⁹ abietarius deriuat. O pater:priamū dicit: q̄ verbū cōuenit pſonæ ādromache.

O patria:hic vr̄ Virg. illud tranſtuliſſe. o patria o diuū domus ilium. & Silius. o patria o fidei dom⁹ inclyta

Ope barbarica: opulētia ſiue opulētitate luxurioſa:nā

Opulentias & opulētitas dr̄ p opulētia alludit āt ad græcoꝝ puerbiū:qđ eſt. ϖλισ μορμ-τωρ βαρβαροp. i. fertilitas & opulētia barbarorū.

Fertilitas barbarorum.

quātur & illud in primis. O pater o patria o priami domus ſeptum altiſono cardine tēplū vidi ego te adſtantē ope barbarica: tectis celatis laqueatis auro ebore inſtructā regi ſedem. O poetā egregiū quā quā ab his cantoribus euphorionis contēnitur. ſentit oīa repētina & inopinata eſſe grauiora. Exaggeratis igitur regis opibus q̄ videbātur ſempiterne fore:quid adiungitur. Hæc omnia vidi inflammari.

Tectis celatis: ſculptis & celatura variegatis. Dicit āt dolenter ſe vidiſſe domū regiā adſtantē auro celatura laqueatibus ſuperbā & ſpectabilē. Home. tradit & repetit Pli. menelai regiā. auro argento electro ebore fulgere. Cātoribus

Regia menelai electro & ebore fulgens. euphorionis:Euphorion poeta fuit chalcidēſis: quē trāſtulit Gallus: qui ob id ſic loqtur apud Virg. in bucolico ludicro. Ibo & chalcidico: que ſunt mihi cōdita verſu. Carmina paſtoris ſiculi meditabor auena. Quintil. in. x. quid euphorionē fruſtra tranſibimus:quē niſi probaſſet Virg. nūq̃ certe conditorū chalcidico verſu carminū feciſſet in bucolicis mentionē. habebat autē hic euphorion quoſdam ita deditos ſibi amatores:vt eum p̄ferrent ennio & reliquis poetis eiuſq̃ poemata ſtu-

Euphorion

Cātores ſcenici. dioſe cantarent:poſthabitis aliorū poematibus. Cantores hoc in loco ſignificari puto ſcenicos fabularū actores:vt apud Oratiū: Si plauſoris eges aulea manentis & vſq̃. Seſſuri: donec cantor vos plaudite dicat. Chorus in fabula conſtat ex vocibus plurium cantorum.

Exaggeratis regiis opibus. pluribus verbis apud Enniū ſigillatim recenſebantur gaze & opes regis priami: & ita facta exaggeratione opulentiarum regiarum flebiliter lamentabatur andromacha cuncta repente ac preter expectationem fuiſſe direpta inflammata & ad extremam internectionem redacta: ex quo fiebat dolor atrocior: cum inopinata mala: ac repentina ſint grauiora; durioraque toleratu.

Priamo vi vitã euitari: in prima tuſculana hoc idẽ carmen recitatũ eſt vno tantũ imutato verbo. illic.n. vitã eripi p̃ euitari legitur. vt intelligas idẽ eſſe vitã euitari: q̃d vitã eripi: & eſt verus verbum planeq; poeticũ euitare p̃ vitã eripere. & vita ſpoliare: ſicut letare dicitur hoc eſt leto mulctare. letata corpora apud Ouidiũ p̃ interempta. & morte mulctata. Eripian⁹ huic andromachæ quæ tã flebiliter tãq; dolẽter infortunia patriæ ſue deplorauit apđ tragicũ poetã. Pſaltriam: cãtricẽ: muſicus.n. cantus & modulatio lenit p̃turbationes. & leuat egritudines.

Vitã euitari.

Letata corpora

Priamo vitã euitari. Iouis arã ſanguine turpari. Præclarum carmen. eſt enim & rebus & verbis: & modis lugubre eripiamus huic ægritudinẽ: quomodo collocemus incul citra plumea; pſaltriam adducamus cedrũ incẽdamus: demus ſcutelam dulciculæ potionis: aliquid prouideamus & cibi. Hæc tãdem bona ſunt; q̃bus ægritudines grauiſſime detrahãtur; tu.n. paulo ante ne intelligere te quidẽ alia bona dicebas. reuocari igitur oportere eũ mœrorẽ ad cogitationẽ bonorũ: conueniret mihi cũ Epicuro: ſi quid eſſet bonũ cõueniret. dicet aliquis. quid ergo tu epicurum exiſtimabas iſta voluiſſe. aut libidinoſas eius fuiſſe ſententias: ego vero minime: video enim ab eo dici multa ſeuere. multa præclare. Itaq; vt ſæpe dixi: de acumine eius agitur non de moribus q̃uis ſpernat voluptates eas: quas modo

Edricũ incẽdamus: corrigo cedrũ. In delitiis.n. vtebatur cedrus inter odores, iuxta illud maronianũ. vrit odoratã nocturna in lumina cedrũ. ſimiliter apud homerũ. calipſo vrit cedrũ ſciſſilem odoris cauſa. ſic.n ait in quinto odyſſeæ τλοσ εΔοΔμηκε Δροp τεικεα τοιο φειοp ταρα ρισοp οΔοΔει Δαημεροp. i. p̃cul odor cedri & citri ardẽtiũ per inſulam redolebat. Plini. in. xiii. meminit ſententiæ homericæ thiam exponẽs p̃ citro caſtigãſq; eorũ errorẽ: q cedri citriq; vocabulo odoramẽta accipiũt. oxycedros vocatur quæ acutũ & ſpinoſũ habet foliũ altera cedrus odore preſtat. maiorẽ cedrũ vocant cedrealem: materiæ cedri eternitas eſt: ideoq; ſimulachra deorum ex ea antiqui factitauerũt. cedrinus fuit romæ in delubro appollo ſoſianus. Tu.n. ad epicurum hæc dicuntur. Libidinoſas ſententias: ſententiæ philoſophi libidinoſe dicuntur: quibus voluptate guſtus & complexus ſummũ bonum metitur: quod interdum facit epi-

Cedrus vtebatur in delitus

Oxycedros

Cedrales

Cedrin⁹

Appollo.

curus.interdũ virtutẽ extollit:& ſine virtute beate viui nõ poſſe pſ. tetur. Non verbo ſolũ voluptatẽ epicurei propugnatoreſq; epicuri dicũt non intelligere nos de qua voluptate loquatur epicurus:in qua ſummũ bonũ ponit nunc Cicero ne tergiuerſari poſſint refert verba epicuri planiloqua atq; perſpicua:q̃ planiſſime demõſtrant hominem loqui de voluptate corporea & ſenſuali:ſicut ãt paulo ante demonſtratũ eſt. Cupio refelli:redargui: refutari:cõuinci: nã refellere vt ſupra docuimus eſt redarguere falſitatem:refellit qui negat.

Refellere

Non creſcere voluptatem:ſicut ſtoici dicunt virtuti non eſſe locũ incrementi. ita dicebat epicurus voluptatem creſcere nõ poſſe: vbi detractus eſſet dolor : Contra plato ait voluptatẽ maiorem expetibilioreq; fieri addita alia voluptate. Et ex hoc colligit voluptatem ſummũ bonũ eſſe nõ poſſe: cum id ſummũ ſit bonum : cui nihil addi poſſit.hoc idẽ tradit Ariſtoteles in.x. ethicorum.

Voluptas maior addita voluptate.

Tria magna peccata. conſimiliter in libris de finibus bonorum diſputans cũ torquato epicureo multa reprehendit ex dogmate doctrinaq; epicuri.quẽ architectũ beatæ vitæ nominitant. Niſi ſenſus:quaſi titilarentur. pugnat ſecũ epicurus ſibiq; cõtraria dicit: quo nihil turpius.mõ ait ſummũ bonũ eſſe in voluptate:que percipitur ex guſtu:tactu.auditu.viſu.olfatu qui ſenſus quinq; ſunt notiſſimi.& voluptates eorũ cognitiſſimæ.modo dicit ſummũ bonũ eſſe indolentiã pugnant haud dubie hæc inter ſe. cũ aliud ſit frui voluptatibus ſenſualibus:aliud non dolere:titillari autem dicuntur ſenſus quando mouentur. Geſtiunt: pruriunt voluptatis dulcedine: tranſlatum verbum a titilatu alarum: vbi dulcedo ſcabendi ſcribit Pli.in.xi.in eadẽ precipua hilaritatis ſedes : quod titilatu maxime intelligitur alarum

Architectus beatæ vitæ.

Pugnat ſecũ epicurus.

laudauit. Ego tamen meminero: quod videatur ei ſummũ bonum. Non enim verbo ſolũ poſuit voluptatem ſed explicauit quid diceret: ſaporem inquit & corporũ cõplexũ: & ludos atq; cantus: & formas eas quibus oculi iocunde moueantur:num fingo num mentior cupio refelli. Quid enim laboro: niſi vt veritas in omni queſtione explicetur. At idem ait non creſcere voluptatem dolore detracto: ſummãq; voluptatem nihil dolere. Paucis verbis tria magna peccata. Vnum quod ſecum ipſe pugnat. Modo enim ne ſuſpicari quidem ſe quicquam bonum niſi ſenſus quaſi titillarentur voluptate. Nunc autem ſummam voluptatẽ dolore carere. Poteſt ne magis

Ex hac trāſlatione dixit oratius in ſermonibus. p̄terea ne nos titilet gloria iure iurādo obſtringāt. M. tul. in primo de fini. in hanc ſententiā: Nā ſi ea ſola voluptas: eſſet: q̄ quaſi titillaret ſenſus: vt ita dicā: & ad eos cū ſuauitate afflueret. Primū & tertiū putat: tāq̄ nihil interſit inter gaudere & nō dolere: q̄ vel ſenſus cōmunis oſtēdit eſſe diſſimilia. Cū ꝓprie is gaudere dicatur: q in voluptatibus: vt edēdi & coeūdi. nō dolere vero is dicatur q anxietate nō afficitur circa voluptatis ſanitatē. ſunt enim q̄dam immediata: vt leuitas grauitas. quædā meditata: vt calidū frigidū inter quæ eſt tepidū. Sic aliqs beatus ē. aliqs miſer. aliqs nec beatus nec miſer ſic aliqs gaudet aliquis nec gaudet nec dolet. & ita eſt quiddā medium inter voluptatē & dolorem: quod nō placet epicuro. A virtute ſuperauit: quando Epicurus ponit ſū mum bonū in voluptate ſaporū & tactus haud dubie ſeiungit ſummū bonū a virtute: ſine qua nulli veri philoſophi ſummū bonū metiuntur. Nihil autē tam cōtrariū virtuti ē q̄ voluptas. ex quo verſus ille ſilii ſcitu dignus . hinc virtus illinc virtuti inimica voluptas: Laudat ſepe virtutē repræhenditur epicurus: quod ſecū pugnat nec ſeruat cōſtantiam quæ in omni vita cuſtodienda eſt . Clamat. n. interdū non poſſe iucūde viui niſi ſapienter: virtutē a voluptate diuelli non poſſe Raro fortuita interuenire ſapienti: dicuntur hæc quidem preclare: ſed incōſtanter nutat natatq; nec ꝓpoſiti pertinax eſt: cum ad voluptates ſubinde velabatur ita more volatici gubernatoris clauū in horas mutat: vertunis: vt inquit ille: iniquis natus. Cū gracchus largitiones maximas feciſſet: tyberius & Caius gracchi fratres: genere eloquentia facile principes: leges agrarias: frumentariaſq; tulerunt de agris viritim diuidēdis ac frumento: q̄ cū eſſent maxime populares populū ſibi conciliarunt: tiberius auctore ſcipione naſica in capitolio a primatibus occiſus eſt: ictus fragmentis ſubſelliorū inſepultus & in tyberim proiectus: Mox Caius gracchus eloquētior q̄ frater

ſecū ipſe pugnare: Alterū eſt vitiū quod cū in natura tria ſint: vnum gaudere: alterū dolere tertium nec gaudere nec dolere: Hic putat primum & tertiū idem eſſe nec diſtinguit a nō dolendo voluptatē. Tertiū peccatū cōmune cū quibuſdā quod cū virtus maxime expetatur: eiuſq; adipiſcēdæ cauſa philoſophia quæſita ſit: ille a virtute ſummū bonum ſeparauit. At laudat & ſæpe virtutē. Et equidem. C. Gracchus cum largitiones maximas feciſſet: & effudiſſet ærariū verbis tamen defendebat erariū: Quid ver-

Gandere Nō doleṙ

Immediata. Mediata.

Beatus miſer.

Inter medius.

Sūmū bonum nō ſine virtute:

Clauū in horas mutat epicucus.

Duo gracchi fratres.

Lex fru= mētaria gracchi

perniciosas aliquot leges tulit. Inter quas frumētariā: vt ſemiſſe & triente frumentū plebi daretur: Alterā legē agrariā: quā tyberius frater ꝓmulgauerat: itē recētē attali pgamenoꝝ regis hereditatē diuidi iuſſit. Po. Romano. Itaq; cū ſeditioſo tribunatu diſſipaſſet publicū patrimoniū: tādē a lucio opimio cōſule oppræſſus eſt in auētino: quem armata multitudine occu= pauerat: & illud ſacroſāctū caput trib. plebis pcuſſori ſeptumuleio auro reprenſū eſt q id exciſum ad luciū o= pimiū detulit. Annotaue= rūt ſcriptores ſeptumuleiū plūbo in os Caii gracchi ad dito: vt pōderoſius eſſet: p ricidio ſuo rēpub. circūſcri pſiſſe.

Mors gracchi. Plūbū in os gracchi īfuſū.

Piſo ille frugi: de hoc piſone: q ob virtutē modeſtiāq; cognominatus eſt frugi. mētio ſuperius facta eſt.

Legē frumētariā quā tulerat gracchus de frumento plebi dādo: de teſſeris frumētariis apud Suetoniū: in ſecundo cōmentario fuſius enodatiuſq; perſcriptū eſt.

Quid ſibi cōſtet: gracch⁹ palam reprendit piſonē tā= q̄ parū ſibi conſtantē: quod venerit in cōtionem petiturus frumentū: quod viritim diuidebatur ſecundum legem ipſius gracchi: quam piſo improbauerat: diſſuaſeratq;.

Lex ſempronia.

Lege ſempronia: legem gracchanā intelligit: quoniam gracchi ſempronii dicebantur: apud hiſtoricos leges ſemproniæ claræ ſunt: quas hic ſempronius gracchus tulerat: ne de capite ciuium romanorum iniuſſu populi iudicaretur: hinc illa ciceronis exclamatio ī verrinis: o lex portia leg=ſq; ſemproniæ. De hac ſempronia lege frumentaria meminit. M. Tullius in .ii. officiorum his verbis. Caii gracchi frumentaria magna largitio fuit: exhauriebat igitur ærarium. Patrimonium publicum: ærarium intelligit & publica vectigalia. Negat epicurus: ſicut gracchus in orationibus videtur patronus erarii: eum re ipſa eſſet diſſipator: ſic epicurus: interdum virtutem laudat: vt .M. Curium putes loqui: cum tamen voluptate: quæ virtuti contraria eſt ſummum bonum metiatur.

ba audiā: facta videā: Piſo ille frugi ſemper cōtra legē frumentariā dixerat. Is lege lata conſularis ad frumentū accipiēdū venerat. Animaduertit Gracchus in cōtione Piſoné ſtanté. Quærit audiente romano populo: q ſibi cōſtet: cū ea lege frumentū petat quā diſſuaſerat. Noli iquit mea bona Gracche tibi viritim diuidere liceat. ſed ſi facias parté petā. Parum ne declarauit vir grauis & ſapiēs lege ſempronia patrimoniū publicū diſſipari: Lege orones Gracchi patronū Errarii eē dices. Negat epicur⁹ iocūde poſſe viui niſi cū virtute viuatur. Negat vllam in ſapientem

Vim fortunę:ſeneca ad ſerenū: epicurus quē vos patronū inertiæ
veſtræ aſſimilis ait raro ſapiēti interuenit fortuna. Tenuē victū an=
tefert. Diocles auctor eſt epicurum viliſſimis cibis vitam ægiſſe: ipſe
quoq; in epiſtolis aqua tātū & cibario pane ſe cōtentū eſſe teſtaẽ: ver=
ba epicuri ſunt ex epiſtola: mitte mihi caſei paululū: vt cū epulari pre=

Viliſſimis cibis contentus

vim eſſe fortunæ tenuē victū ante
fert copioſo Negat eſſe tēpus quo
ſapiens nō beatus ſit. omnia philo
ſopho digna: ſed cū voluptate pu
gnātia. Nō iſtam dicit voluptatē
dicat quālibet. nēpe eā dicit: in qua
virtutis nulla pars inſit. Age ſi vo
luptatē nō intelligamus: ne dolo=
rē quidē. nego igitur eius eſſe q do
lore ſummū malū metiatur. Men=
tionem facere virtutis. & conque=
runtur quidā epicurei viri optimi:
nā nullū genus eſt minus malitio=
ſum me ſtudioſe dicere cōtra epicu
rū. ita credo de honore aut de di=
gnitate cōtendimus. Mihi ſummū
in animo bonū videtur: illi autē in
corpore: mihi in virtute: illi in vo=
luptate & illi quidem pugnant:
& quidem vicinorum fidem im=
plorant. multi autem ſunt qui ſta
tim conuolent Ego ſum is q dicā

cioſius voluero poſſim: ſcri
bit ſeneca. Epicurum q ma
giſter voluptatis dr̃ certos
habuiſſe dies: qb⁹ maligne
famē extigueret: vt ita vi=
deret an aliqd deeſſet ex ple
na & cōſumata voluptate:
& q̃tū deeſſet ē. n. ſūma vo
luptas poſſe cape ex ordea=
ceo pane voluptatē. Ad id
ſe reduxiſſe: qđ eripe nulla
fortūę iiqtas poſſit. Quo
ſapiēs beat⁹ nō ſit: ait Epi=
cur⁹ ſapiētē ſi in phalaridis
tauro puraẽ exclamaturū.
dulce ē & ad me nihil ptiet
& ſiue cruciẽ excarnificeẽ=
q; futurū nihilomin⁹ fœlicē
acqrēdi p̄imonii curā non
hiturū: fortūę reluctaturū:
ad rēp. nō acceſſurū. Nō i
ſtā dicit: hypophora. Dicat
q̃libet: Antipophora. Nō in
telligam⁹: ita dicūt epicurei
nos nō itelligeẽ đ q̃ volupta
te dicit epicurus. Qui dolo
re ſūmū malū: Epicurus in
voluptate ponit qđ ſummū
bonū eē vult. In dolore qđ ſūmū malū: qđ q ſētit virtuti locū nullū re
linqt In q̃ ſūmū bonū collocāt ſtoici: q dolorē dicūt eē adiaphorō .i.
indifferētē. Ita credo de honore: q̃ſi dicat ſe nō cōtēdere de honore
cū epicureis ꝑ quo adipiſcēdo ſtudioſe & ardēter inſurgim⁹ cōtra cō
petitores & aduerſarios. Illi. ſ. epicuro: apud quē ſūmū bonū cōſit
ex duobus: vt corpus ſine dolore ſit: aius ſine perturbatione. Qui ſta
ti; cōuolēt. Illuc libēter homines cōuolāt atq; cōcurrūt vbi audiūt lau
dari voluptatē: querētes libidinib⁹ ſuis patrocinū & velamētū aliqđ.

Maligne famē extinguere.

Scientiæ epicuri.

Antipophora.

Sūmū bonum ex duobus.

**Cõtẽtiones pertinaces indignæ**

Me nõ laborare: oſtẽdit ſe nolle cõtendere cũ epicureis: queãdmodum ſi de imperio: & de bello punico diſceptaretur. pro talibus.n. rebus animoſe alacriterq; ſententia dicenda defendẽda ꝙ eſt. Dixit. M. Tullius alibi. maledicta cõtumeliæ cõtentiones concertationeſq; in dicendo pertinaces. indignæ philoſophia mihi videri ſolẽt. Actum habiturũ: quando cõtendere nolumus: dicere ſolemus habituros nos ratũ & actũ quicquid egerint aduerſarii In hãc ſententiã ait portius Cato apud Liuiũ vos ꝓ faxitis deos omnes fortunare velim. proue biũ eſt apd̃ ãtiquos. actũ agã actũ agis: ꝓ eo qd̃ ẽ nihil agã. nihil agis quod.n. in iure ſemel iudicatũ fuerit: reſcindi & iterũ agi non poteſt hinc illud terẽtianũ in phormione. actum aiũt: ne agas. Aliud lentulo videtur. Cato in oĩ ſenatu clamabat delẽda eẽ carthaginẽ. bellũq; carthaginenſibus inducendũ. Scipio naſica reclamabat contradicebatq; catoni cũ nollet dirui carthaginẽ. timẽs ne deleta carthagine: ſecuritas & veternũ romanos iuaderet: torporeq; ſomnulenti marceſcerẽt: ſententię ſcipionis ſubſcribebat lucius lentulus & cũ cato acclamaret e re publica mihi videtur carthaginẽ deleri: ilii reclamabant: e re publica nobis videtur carthaginẽ nõ deleri tamen q̃uis in ſententia dicẽda ſenatores diſſentierent: nulla tamen inter eos cõcertatio emulatioq; reſidebat. vt.n. ait. M. Tullius in oratione de prouinciiſq; cõſularibus. ita diſſenſi ab illo: vt in diſiunctione ſententiæ cõiuncti tamẽ amicitia maneremus. Hi: epicurei. Cum iſtis alias: cũ epicureis. alias ſe diſputaturũ dicit. Verũ ſit: iuſtũ: æquum & par. Oratius metiri ſe quemq; ſuo modulo ac pede verum eſt. M. Tullius in oratione ꝓ murena: negat verum eſſe allici beniuolentiam cibo. Expediat: vtile ſit.

**Actũ agã Actũ aiũt ne agas.**

**Sẽtentiæ cõiũctio amicitiæ.**

**verum iuſtũ plauſibilia.**

Plauſibilia: fauorabilia: iucũda: popularia: quæ plauſu populi excipiantur: ſic oratio plauſibilis dicta: quæ placet & plauſum populi me

me non laborare: actũ habiturum quod egerint. Quid enim de bello punico agitur: de quo ipſo cum aliud. M. Catoni: aliud. L. Lentulo videretur. nulla inter eos concertatio vnquã fuit. Hi nimis iracunde agũt preſertim cũ ab his non ſane animoſe defendatur ſententia: pro qua nõ in ſenatu: non in concione non apud exercitũ: neq; apud cenſores dicere audeãt. ſed cum iſtis alias: & eo quidẽ animo: nullũ vt certamen inſtituã: verum dicentib⁹ facile cedam. tantum admonebo: ſi maxime verũ ſit ad corpus omnia referre ſapientẽ: ſiue vt honeſtius dicã nihil facere: niſi quod expediat. ſiue omnia referre ad vtilitatẽ ſuã:

retur: ſenſus eſt epicureos:qui omnia referũt ad vtilitatẽ ſuã & volup
tatẽ debere ſolos iſta ſecũ muſſitare: nec iactationẽ oſtẽtare: quoniã
talia nõ ꝓbanť:nec plauſu fauorĩq; populari excipiũť.In ſinu gaudeãt
ſecũ & cũ ſuis letenť:ne genuinũ gaudiũ inuulgẽt:ꝓuerbialis eſt locu
tio q̄ & poetæ vſurpãt.Tibul.q ſapit in tacito gaudeat ille ſinu.Prop. In ſinu
in tacito cohibe gaudia clu gaudeat
ſa ſinu. Si nec opinato eue
nerit: cyrenaici philoſophi:
vt ſupra dictũ eſt:egritudi=
nẽ effici cenſent ex inſpera
to nec opinato malo: tanq̄
oia repentina grauiora ſint.
Repens:repẽtinus ſubita=
riuſq;. Silius clamor ſepe re
pens. Magis cõturbat. vir
fortis ex improuiſo oppreſ
ſus ab aduerſario conturba
tur: exercitus hoſtilis ṗter
ſpẽ ſuperueniens ſolet eſſe
terribilis: & cũcta cõturbat
adeo vt hoc caſu oppræſſis
nec virtus poſſit: nec multi
tudo ꝓdeſſe:Vegetius ſub= Subſeſſæ
ſeſſas appellat inſidias:qui=
bus in itinere exercitus im=
paratus: ac nihil tale ſuſpi=
cans opprimi ſolet. ſubſi=
dere enim ſignificat delite=
ſcere: vnde ſubſeſſores dicti Subſeſſo=
qui deliteſcentes inſidian= res.
tur. Et inſidiis circũuen=
tos interimunt:contra ſub=
ſeſſos vocamꝰ hoſtium do= Subſeſſis
lo circunuentos. a Valerio
ſubſeſſor alieni matrimonii
dictus:qui pudicitie alienæ
coniugis inſidiatur. Subita
tempeſtas: huic ſententiæ.
conſimilis eſt illa oratiana ſentẽtia.improuiſa ſimul ſpecies terret vtrũ
q;. Dies temporis lõginquitas. ſic Tibul.longa dies homini docuit
parere leones.Inde diecula dicitur tempuſculum & aliquantula mora Diecula

quoniã hæc plauſibilia nõ ſunt vt
in ſinu gaudeãt: glorioſe loq deſi=
nãt. Cyrenaicorũ reſtat ſentẽtia: q
tũ ægritudinẽ cẽſent exiſtere ſi nec
opinato qd euenerit. Eſt id quidẽ
magnũ vt ſupra dixi etiã Chryſip=
po ita videri ſcio: qđ ꝓuiſum ante
nõ ſit:id fieri vehemẽtius:& ſed nõ
ſunt in hoc oia:quãq̄ hoſtiũ repẽs
aduẽtus magis aliquãdo cõturbat
quã expectatus. Et maris ſubita tẽ
peſtas quã ante ꝓuiſa terret naui=
gãtes vehemẽtius: & eiuſmodi ſũt
plæraq;. ſed cũ diligẽter nec opina
torũ naturã cõſideres: nihil aliud
reperies niſi qdẽ oia ſubita videri
maiora: eqdẽ ob duas cauſas. Pri=
mũ qđ quãta ſint q̃ accidũt: cõſi=
derandi ſpaciũ non datur. deinde
cum videtur precaueri potuiſſe ſi
prouiſum eſſet: quaſi culpa cõtra=
ctũ malũ ægritudinẽ acriorẽ facit:
Qđ ita eẽ dies declarat q̃ ṗcedens
ita mitigat: vt iiſdem malis manẽ=
tibus non mõ leniatur ægritudo:

ſed in pleriſq₃ tollatur. Carthagi-
nenſes multi Romæ ſeruierũt. Ma-
cedones rege capto Perſe. Vidi ẽt
in peloponeſo cum eſſem adoleſ-
cens: quoſdam corinthios. Hipo-
terant omnes eadẽ illa de Andro-
macha deplorare. Hec omnia vi-
di. ſed etiã dacantauerãt fortaſſe:
eo.n.erãt vultu oratiõe oĩ: reliquo
motu & ſtatu : vt eos argiuos aut
ſycionios diceres: Magiſq₃ memo

In pleriſq₃ tollatur: iuxta illam ſententiã: que ait nullum eſſe tãtum
dolorem: quẽ non longinquitas temporis minuat; ac molliat: & a Se-
Dolorem dies cõſumit. neca decenter ac vere dictũ eſt. Dolorem dies conſumit licet contu-
macisſimũ & quotidie inſurgentẽ. Carthaginenſes ſeruierunt: auctor
eſt Liuius captiuos carthaginenſium pluſculos a romanis redditos fu-
iſſe ſuis ciuibus & olim car-
thaginenſes egerũt de per-
mutandis captiuis: vſi atti-
lio regulo deprecatore: qui
cõtrariũ ſuaſit: miſerũ eſt ãt
diſcere ſeruire: vbi didiceris
dominari: ſed hæc eſt fortu-
næ cõdictio: q̃ ſumma imis
miſcẽs: facit vt reges ex re-
Extegno in ſeruitutẽ cadere. gno in ſeruitutem delaban-
tur: ſic hecuba: ſic creſus: ſic
ſiſigãbis olim ſeruitutẽ ſer-
uierũt. Rege capto perſe:
paulus emylius perſem ma-
cedonum regem captiuum
duxit in triũphũ & cũ perſe duos filios: filiãq₃ vnicam: ſubſeqbãtur fa-
miliares & amici plures regis: ip̃m regẽ intuẽtes & flebiliter lachrymã-
tes adeo vt pleriq₃ ex romanis lachrymare ob miſericordiã compel-
lerẽtur triũphus fuit ſpecioſiſſimus opulẽtiſſimuſq₃: vt docet Pluthar-
Darei mater. chus: ab hoc tempore Popu.Ro. tributũ pendere deſiit vt. M. Tullius
Pliniuſq₃ notificãt: tũc cognitũ ẽ: quid polleat fortuna verſatilis que
Perſes in triũpho. filium perſei legitimum artem ferariam diſcere compulit ob queren-
dum victum: cuius rei teſtis eſt amianus marcellinus. Quoſdam co-
Filius perſei faber. rintios. ſ. ſeruitutem ſeruientes. Hæc omnia vidi verba ſunt ex andro-
macha tragedia quibus ſuperius illa erũnas ſuas flebiliter ſic deplora-
bat hæc omnia vidi inflãmari: & que ſubſequũtur. Argiuos aut ſicio-
nios diceres corinthi ex libertate in ſeruitutẽ lapſi ſeruiebant argiuis
ſicioniſq₃ eo cultu: & habitu atq₃ oratione: vt argiui ſicyoniiq₃ viderẽ-
tur: & ita in alienam non ſolum poteſtatem: ſed etiam veſtem linguã-
q₃ tranſierant: hec ſunt opera fortune ludantis hec ſunt ludibria rhã-
nuſie hec ſunt documenta mortalium: vt memores ſint rerum huma-
narum: quæ fluxæ inſtabiles caduce ſunt & temporis momento muta-
biles Sicyonio: peloponeſi populos eſſe quis ignorat a quibus oliua ſi-
Sicyone patria metallorum. cyonia bacca dicitur a poeta. Vnde ſyconii calcei parum viriles. Re-
gnum ſicyonum vetuſtiſſimum fuiſſe teſtis eſt Euſebius. Sicyonum
fuiſſe, officinarum omnium methallorum patriam auctor eſt Plinius,

uerant corinthi ſubito aſpectu pa
rietū ruinæ: quā ipſos corinthios:
querū animis diuturna cogitatio
callum vetuſtatis obduxerat. Legi
mus librū Clytomachi: qué ille e=
uerſa Carthagine miſit cóſolandi
cauſa ad captiuos ciues ſuos. In
eo eſt diſputatio ſcripta Carnea=
dis: quam ſe ait in commentarium
retuliſſe. Cum poſitum eſſet vide=
ri fore in ægritudine ſapientem pa
tria capta que carneades contra=
dixerit ſcripta ſunt. Tanta igitur
calamitatis præſentis adhibetur a
philoſopho medicina: Quanta

Corinthi ruinæ: Seruius ſulpitius in epiſtola ad Ciceronem cōſo
latoria: dicit ſe vidiſſe cadauera oppidorum proſtrata & dirruta ante
oculos iacentia: videlicet: eginæ: megaræ: pirei: & corinthi: tradunt=
hiſtorici: corinthum quod olim: greciæ lumen fuit & ciuitas opulen=
tiſſima extinctam fuiſſe ac dirutam ob legatos: cum mumius conſul
Romanus exercitū corin=
thiorū ſub ipſis iſthmi fauci
bus cōcidiſſet: tūc eni ab in
colis deſerta ciuitas direpta
primū: deinde tuba p̄cinēte
deleta eſt: tunc corinthii in
mancipatū ſeruitutēq; de=
merſi ſūt ait. M. Tulli. ſe ma
gis ad miſericordiā eſſe per
motū aſpectis corinthi rui=
nis: q̄ cōmoti ſint ipſi corin
thii: cui⁹ rei cauſa eſt: qđ ani
mi illorū iā occalluerant ob
durauerātq; ad tollerātiam
calamitatū: & ſic oſtēdit lō=
ga die nō ſolū leniri ſed tol
li quoq; egritudinē. Clito
machi: clithomachus philo
ſophus carthaginēſis athe=
nas venit annos natus qua
draginta: audiuitq; carneadē: cui⁹ & ſucceſſor fuit: tris ſectas ſectatus
academicorū: peripateticorū: ſtoicorū: volumina cōdidit ſupra qua=
draginta. Ciues ſuos. ſ. carthaginēſes: Inualuit cōſuetudo: vt conci
ues paſſim dicamus municipes noſtros: recte an perperā viderint illi:
in quoq; ore & labris dictio hec ē frequēs: me riualē nō habebūt. Ego
latinitatis elegātiā ſequēs dicere mali: hic me⁹ cui⁹ eſt: q̄ cōciuis: & ita
locuti ſūt veteres oēs: q pure ,pbeq; loquūt. Itaq;. M. Tul. loq̄ndi nor
ma: vbiq; voluminū ciues ſuos dicit: nuſq̄ cōciues. Neoteri. i. recētio
res cōciues dictitant: tāq̄ id ſit elegātiſſimū latiniſſimūq;: auctoritas
mihi dux ē & magiſtra rerū oium. alio mō latine & elegāter dr̄: muni
ceps me⁹: ,p ciuis me⁹: ſiue cōterraneus. Plini⁹ iuriſcōſulti: ſcola erudi=
torū. Municipes vſurpāt in hoc ſignificatu. libet interdū in hec ēt mi
nuta diuertere: ad vitiligines linguarū repurgādas. Carneadis: magi
ſtri doctoriſq; clitomachi: de cuius acumine doctrina memoria dictū
eſt in primo cōmentario. Cū ita poſitū eſſet: hęc erat ,ppoſito ac ve
luti argumētum libri: mihi videtur ſapientē futurū in egritudine pa=

Clitomachus

Cōciues non dici eleganter

Ciuis meus municepſ meus

Vitiligines liguarum

tria capta: tāq̄ patriæ amiſſio ſit omniū iacturarū maxima: ꝓ qua ſa=
piens mori nō recuſabit: q̄ oēs omniū caritates cōplexa eſt carneades
aūt cōtra differebat oſtēdēs ſapientē nō fore in egritudine ex patriæ
**Sapiens mundi ciuis:** captiuitate: & euerſione tāq̄ ſapiēs ſit totius mūdi ciuis: & oē homini
natale ſolū: tāq̄ ſapiētis animus inſtar ſūmi cœli liq̄dus defecatus im
perturbatus ſit: q nullo nu-
billo obducatur: cui ſentē=
**Exēplū ſtilbonis** tię ſubſcribit philoſophi ſtil
bonis exēplū: q capta patria
amiſſis liberis amiſſa vxore
cū ex incendio ſolus & ta=
mē beatus exiret iterrogāti
demetrio: cui cognomē ab
**Poliorcetes.** exitio vrbiū poliorcetes fu
it: nunq̄d ꝑdidiſſet: oia inq̄t
bona mea mecum ſunt: quo
dicto dubitare demetrium
coegit an viciſſet: nihil inq̄t
perditi: oia mea mecū ſunt:
**Oia mea mecū ſūt** videlicet virtutes: quas nul
la vis hoſtilis eripere quit.
quibus ſapiēs ſeptus: nullū
pōt ſubire diſpēdiū: biantē
ꝓtereo: cuius exēplū vulga
tū eſt nimis. Sed cicatrici
bus: q̄ obductæ: & vetuſtate
calloſæ vix tolli ſanarique
poſſūt. Nihil oportere: hec
eſt illa cōſolatio: q̄ nobis in
prōptu eſſe ſolet volētibꝰ re
leuare dolorē lugētiū: dici=
mꝰ.n. cōſolādi cā nihil: videri debere inopinatū: & q̄d neceſſe eſt talia
accidere mortalibus: aduerſus q̄ muniti ꝑparatiq; eſſe debemꝰ. turpe
**Non putaram.** eſt.n. quod & egritudinem auget: dicere: non putaram: omnia putāda
ſunt: nihil non opinandum euenire poſſe: habendus eſt in ore & in me
moria verſiculus ille. cui vis poteſt accidere: quod cuiq̄ poteſt. Pane=
tius philoſophus conducenter ſcripſit: quod vita hominū pericula ex
**Simus ſimile athletis** improuiſo aſſidua & prope quotidiana fert ad que cauenda oportet
eſſe aīo ſemp intēto: vt ſunt athlete: ſicut.n. illi in certamine athletico
caput manibus oppoſitis quaſi vallo ꝑmuniū ita animꝰ ſapiētis aduer
ſus petulātias iniuriarū ictuſq; fortunæ debet eē erectꝰ: ac duꝰ ſeptus:

inueterata ne deſiderat q̄dē. Nec ſi
aliquot ánis poſt idē ille liber cap=
tiuis miſſus eēt: vulneribꝰ ſolū me
derer ſed cicatricibus: ſenſim.n. &
pedetētī ꝓgrediēs extenuatur do=
lor. nō quo ipſa res imutari ſoleat
aut poſſit: ſed id q̄d rō debuerat:
vſus docet minora eé ea q̄ ſint viſa
maiora. q̄d ergo opus ē dicet aliq̄s
ratiōe: aut oino cōſolatione vlla:
qua ſolemus vti cū leuare dolorē
mœrētiū volumus: hæc.n. fere tū
habemꝰ in prōptu. nihil oportere
inopinatū videri: Aut q tolerabi=
lius feret incōmodū q̄ cognoue=
rit. neceſſe eſt homini tale aliquid
accidere: Hæc enim oratio de ipſa
ſumma mali nihil detrahit. tantū
modo affert nihil eueniſſe: quod
nō opinandū fuiſſet. neq; tamen

ne qua in te repētina incurſio imperatis improtectiſq; nobis obotiat̃.
Neq; nõ valet; aliquid valet. Quia recentia ſunt: tãq̃ malũ videat̃ maius: quia recens eſt & recēter ingruit: q̃ quia ſit repentinũ & inopinatum. Quã pauca natura deſideret: ſi ad opinionē viues: nũq̃ eris dives: ſi ad naturã nunquã eris pauper: opinio immēſum: natura minimũ deſiderat ſi vis vacare a

Natura minimũ deſiderat

genus id orationis in conſolãdo nõ valet: ſed id haud ſciam an plurimum valeat. Ergo iſta nec opinata non habent tantam vim: vt egritudo ex his omnis oriatur. Feriunt enim fortaſſe grauius: non id efficiunt vt ea quæ accidant maiora videantur: quia recētia ſunt maiorą videntur non: quia repentina Duplex eſt igitur ratio veri reperiendi: non in his ſolũ quæ mala: ſed in his etiam quæ bona vidētur nam aut de ipſius rei natura qualis & quanta ſit quærimus: vt de paupertate nonnunquam: cuius onus diſputando leuamus docentes quam parua: & quam pauca ſint: que natura deſideret: aut a diſputandi ſubtilitate orationem ad exēpla traducimus. Hic Socrates

nimo aut paup ſis oportet: aut pauperi ſimilis nõ põt ſtudiũ ſalutare fieri vt inq̃t ſeneca ſine frugalitatis cura. Epicurus ait honeſta res eſt leta pauptas: nõ qui parum habet. ſed q plus cupit paup eſt: parabile eſt qđ natura deſiderat: & appoſitũ paruo cõſtat: ad manũ ē qđ ſat eſt. Ad exēpla traducimus. Duplex ratio diſputãdi eſt: aut præceptis aut exēplis: quantũ græci pollēt p̄ceptis: tantũ romani qđ eſt maius: exemplis: orator vt docet Quintilianus in. xii. imprimis abũdare debet copia exēplorũ: q̃ teſtimoniorũ obtinēt locũ: vnde etiam ſenibus auctoritas maior ē quod plura noſce & vidiſſe credũtur: plato in libro de regno arduũ eſſe ait ſine exēplis magna ſufficienter oſtēdere. Hic in diſputatione de paupertate. Socrates cõmemoratur: paupertas vt apuleii verbis vtar fuit in Ariſtide iuſta in phrocione benigna: in epaminũda ſtrenua in Socrate ſapiēs: in homero diſerta: eadē paupertas etiã. P. R imperiũ a primordio fundauit. Nõ debet igitur pauptas videri res oneroſa immo potius appetēda: cũ videamus tot viros præclaros in paupertate vixiſſe: beatiores letioreſq; q̃ quibus domi cõgeſtæ ſunt opes regiæ: quorũ bracteata & perſonata fœlicitas eſt: & profecto paupertati taliũ virorũ nullas credo diuitias poſſe præferri: que ſolidis & veris bonis exuberat: cũ diuitiarũ frons hilaris multis intus amaratudinibus referta ſit. Socratis pater fuit io=

Parabile.

Ad manũ ē qđ ſat ē

Exēpla ſalutaria.

Pauptas in ſocrate ſapiens

Bractea=ta fœlicitas.

phroniſcus lapidarius:mater phenareta obſtetrix:qui in paupertate be
atiſſimus amicis olim audiẽtibus emiſſem inquit pallium ſi nummos
haberem neminem popoſcit omnes admonuit: a quo acciperet ambi
De dio- gene guus fuit. Hic diogenes:notiſſimus eſt cynicus diogenes: cui nihil
habenti nihil defuit: qui potentior Alexandro naturæ victor huma-
Cotyla næ cũ haberet cotylam ad
potandũ hoc eſt poculũ li-
gneum vidit puerum manu
concaua bibẽtem: ſtatimq;
id eliſit ad terrã: dicens ne-
ſciebam: quod natura habe
ret poculũ: puer me vilitate
ſuperauit prætorium dioge
nis fuit dolium: in quo de-
In dolio degens. gebat:quod vt cũq; ſol ſe in
clinauerat ſimul vertebatur
Vnde iocabat̃ domũ ſe ha-
bere volubilẽ de quo ſatyro
graphus: ſed dolia nudi nõ

cõmemoratur.hic diogenes:hic ce
cilianũ illud ſæpe eſt etiã ſub palio
lo ſordido ſapientia.cum.n.paup-
tatis vna eadẽq; ſit vis: quidnã di
ci poteſt: quamobrem.C.Fabritio
tolerabilis ea fuerit: alii negent ſe
ferre poſſe.Huic igitur alteri gene
ri ſimilis eſt ea ratio conſolandi:q
docet humana eſſe: quæ acciderit.
non enĩ ſolũ id continet illa diſpu

Hemero- bios ardent cynici:ſi fregeris altera fiet cras domus:hemerobios ideſt dia-
rii victus vulgo appellatus eſt. Duplici palliolo vſus:peram habuit p
Baculus & pera. cellario:baculum pro adminiculo:quo ſe iam ſenex & infirmus ſuſten
tabat: præter hanc ſuppellectilẽ nihil quicquã requirens:hæc ſunt cy
nicæ inſignia familiæ.Diogeni:hoc erat pera & baculus:quod regib'
diadema quod pontificibus galerum:qui cum Alexandro Magno de
veritate regni certabundus baculo vice ſceptri gloriabat̃.De diogene
Hieronymus:laertius:apuleius:dion.cæteri.extant epiſtolæ ipſi' dio
genis:quibus Reculas ſuas reſtatur:qui præ vna pera & baculo ſpreuit
opes opulentas:& prorſus ad viuendũ velut ad natandũ iis melior:q
onere liberior. Cecilianũ:a cecilio conditore comediarũ: de quo ſedi
Cecilius comicus. gitus poeta.Cecilio palmã ſtatuo de comico:& Oratius.Vincere ce-
cilius grauitate Terentius arte.Cecilianũ & illud eſt:homo homini de
Homo homini deus us eſt ſi ſuũ officiũ ſciat. Sub paliolo ſapientia:virtus vt inqt Seneca
nulli p̃cluſa eſt:oĩbus patet:oẽs admittit:libertinos ſeruos:exules:nõ
eligit domũ nec cẽſum:nudo hoĩe cõtenta eſt:nõ eſt igitur a pãnis &
Virtus de pãnis eſti mãda eſt ſordibus virtus eſtimãda:in quã ſentẽtiã eſt illud apuleianũ:ne me pu
tetis egenũ vel abiectũ: neve de pãnulis iſtis virtutes meas eſtimetis:
Plinius in epiſtolis tradit quoſdã interdũ ſe ductos cultuq; pagano
Norma pauptatis fabricius. quaſi ruſticos nõ minus eſſe eruditos:q̃ eos:q ſtudia proferũt & oſtẽ-
tãt.Caio fabritio:norma paupertatis,& exẽplũ apud romanos Caius
fabritius eſt:qui patellã & ſalinũ ex argento tantũ deorũ colendorum

cauſa domi habuit. Ita tamen vt patella corneo pediculo ſuſtineret:
cuius filiæ ob paupertatē de publico dotibus donatæ:ad maritos ie=
rūt portātes gloriā domeſticā:pecuniam publicā:hūc pyrrhus epiren
ſis:nullo auro nullis pollicitationibus expugnare potuit:vt ſecum eſſe
vellet ac proximū a rege principatum obtineret:qui dixit pyrrho: nō
hoc ille cōducibile eſſe. Nā
ſi epirote iquit ambos nos
norint a me regi q̄ abſte ma
lint:hinc ait poeta:paruoq̧
potentem fabriciū. Et clau
dianꝰ: pauper fabricius pyr Claudia=
rhi cum ſperneret aurū. Iu= nus.
lius higinus in libro de vi=
ris illuſtribus: ſcripſit lega=
tos ſannitiū obtuliſſe dono
Caio fabricio grandem pe= Scitum
cuniā: tum fabriciū planas fabritii.
manus per omnia fere cor=
poris membra deduxiſſe: &
legatis ita reſpondiſſe dum illis omnibus membris quæ attigiſſet im=
perare poſſet nunquā quicquam futurum:&ita pecuniam repudiauit.

tatio:vt cognitionē afferat generis
humani: ſed ſignificat tolerabilia
eſſe: quæ & tulerint: & ferant cæ=
teri. *De* paupertate agitur: mul=
ti patientes pauperes commemo=
rantur. De contemnendo hono=
re.multi inhonorati proferūtur:&
quidem propter idipſum beatio=
res: eorumq̧ qui priuatum ocium
negociis publicis ante tulerunt:

Generis humani: humanum genus flexum eſſe caducum:imbecil= Hō res
lum:quaſſum: ſexcentis malorum milibus obnoxium: ad omnem for fluxa.
tunæ contumeliam proiectum: præcarii ſpiritus autumant ſcriptores quaſſa
idonei. Apuleius in demonio Socratis definit homines eſſe terræ in= Diſinitio
colas moribundis membris: leuibus & anxis mentibus brutis obno= hominū,
xiis corporibus:diſſimilibus moribus: ſimilibus erroribus: peruicati apuleiana
audacia:pertinaci ſpe:caſſo labore:fortuna caduca:tarda ſapiētia:cita
morte:quærela vita. Multi inhonorati: cato quo die repulſa paſſus
eſt:pila luſit: quem ait Plinius repulſis tāq̄ honoribus ineptis gaudere
ſolinū:apud Valeriū caput eſt de repulſis: quo enumerat exēpla claro=
rū virorū:qui repulſis ſugillati fuerūt: inhonoratiq̧ diſcederūt. Mar.
Tullius in oratione pro plantio aliquot cōmemorat repulſa notatos: Repulſa
& a populo præteritos in petitione magiſtratus. Priuatim otium an
te tulerunt. Mar. Tullius in oratione. pro cluentio: viros clariſſimos
percenſet: qui petitionem honorum relinquentes vitam tranquillam
& quietam remotam a procellis inuidiarum ſequi maluerunt. Epicu=
rus ait ſapientem non acceſſurum ad rempublicam:cleantes:chryſip=
pus:zenon:nemo illorum rem publicam adminiſtrauit: philoſophi pe=
ne omnes: in ocio litterario vixerunt: multi vt verbis. Mar. Tullii
vtar: & ſunt: & fuerunt qui tranquillitatem expetentes a negociis

**Exēplū vaciæ** **O vacia ſolus ſis viuere.**

publicis ſe remouerunt: ad otiūque perfugerunt fuit temporibus tyberii principis quidam nomine vacia: nulla alia re quam otio notus: & ob hoc vnum: quod in otio conſenuerat fœlix habebatur: de quo exclamabant omnes: o vacia ſolus ſis viuere. Cauendum tamen eſt ne dum ſolitatem eligimus & vitam ociosam concupiſcimus: nec nobis: nec aliis viuamus: ſicuti quidam qui ſe inertiæ: & ventri: ſomno: & libidini dediderunt: qui lucifugi: nec orientem viderunt: ſolem nec accidentem: qui dū nemini viuūt: nec ſibi ipſis vixerūt.

**Luci fugi.**

**Anapeſt⁹**

Anapeſtum: carmen veteris poetæ. Anapeſticū ſignificat conſtans anapeſti pedibus: fit autē anapeſtus pes: ex duabus breuibus & lōga

Potentiſſimi regis forſan agamēnō ſignificatur: ſiue priamus: inductus in tragedia: ſic apud ſenecam in tragedia oedipus: damnatvitā regiam: eiq; quietā antepo-nit: cum ait: quiſquā ne regno gaudet o fallax bonū: quantū malorum: quā fronte blāda regis. Ignobilis: ignotus non cognobilis: Democritus veni inquit athenas & nemo me nouit. vt inquit Seneca: qui vixit notus omnib⁹ ignotus moritur ſibi. Orbitates liberorū: ſicut pauli emylii Xenophontis: Anaxagoræ: & aliorum: qui filiorum obitum forti ſubnixoq; animo tulerunt. Ego cum genui: ſupra dictum eſt: Telamonem audito filiorum interitu dixiſſe laudabiliter: Ego cum genui: cum morituros ſciui. Futuras commentabar: apud euripidem: vt ante dictum eſt ſic loquitur Theſeus: futuras mecū commentabar miſerias aut mortem acerbā: aut exilii meſtam fugam.

**Ignobilis**

nominatim laudatur vita. nec ſiletur illud potentiſſimi regis. Anapeſtum: qui laudat ſenē & fortunatū eſſe dicit: ꝙ inglorius ſit atq; ignobilis ad ſupremū dié peruenturus ſimiliter cōmemorandis exēplis orbitates quoq; liberorū predicātur: eorūq; qui grauius ferunt luctus aliorū exēplis leniūtur: ſic perpeſſio cæterorū facit vt ea quæ acciderit multo minora quam quanta ſint exiſtimata videātur. Ita fit ſenſim cogitantibus: vt quantum ſit emētita opinio appareat. Atq; hoc idem & Telamon ille declarat: ego cum genui moriturum ſciui & cætera. & Theſeus. futures mecum commentabar miſerias. & Anaxagoras: ſciebam me genuiſſe mortalem. Hi n omnes diu cogitātes de rebus humanis intelligebāt eas nequaquam pro opinione vulgi etiam extimeſcendas: Et mihi quidem videtur idem ferre accidere iis

Qui ante meditantur: vt iam ſępius dictum eſt: quicquid expectā-
dum eſt diu: leuius accedit: & prouiſa omnia leuiora fiūt. Dies: tem-
poris longinquitas. Illos: qui ante meditantur. Hos: quibus mede
tur dies. Pares caſus: exempli cauſa: orbitas filiorū: exilium: amiſſio
patriæ: & alia hoc genus. Grauius etiam tuliſſe: non abſimile eſt ſci-
tum illud ſolonis: qui cum
lachrymabūdus lugeret de
functum filium diceretur
ſibi a quodam: at nihil pro-
ficis: reſpondiſſe fertur: at
propter hoc ipſum illachry
mo: quia nihil ꝓficio. Ne-
mo expers mali: cū natura
magis nouerca ſit mortali-
bus: q̄ mater: fit vt nullus ex
omni parte beatus exiſtat:
itaq̄ cū mortaliū nemo fœ
lix merito dici poſſit indul
gēter fortuna decidit cū il-
lo q iure dici nō infœlix po
teſt. Nemo mortalis eſt:
carmē eſt euripidis: veriſſi-
me ſanctiſſimeq̄ cōſcriptū:
quo nihil verius eſſe poteſt:
cū null⁹ mortaliū vllo vnq̄
tēpore fuerit nec futurus ſit
ſine morſu doloris & morbi
cruciatu. Ergo ꝑ miraculo
& id ſolitariū reperitur exē
plū videlicet. Xenophilum
muſicū cētū & quinq̄ ānis
vixiſſe ſine vllo corporis in
cōmodo. potuit id quidē fi
eri: vt corpore nō egrotaret
ſed vt omni penitus animi
egritudine iperpetuū care-
ret: impoſſibile eſt nec fieri
potuiſſe idubitāter affirmo
vt.n. inqt ſcite vereq̄ neui⁹ poeta: pati neceſſe ē mortalē multa mala.
Nequicq̄: fruſtra: cū nulla ſit medela: cū nullis plantib⁹ defuncta re-
uocētur. Cicero quadā epiſtola: qd angā: cruciē ne me? quid deinde

qui ante meditātur quod iis: qbus
medetur dies: niſi qđ ratio q̄dā ſa-
nat illos: hos ipſa natura: intellecto
eo qđ remediū illud cōtinet: malū
quod opinatū ſit eſſe maximū: ne-
quaquā eſſe tātū ſui natura: vt vitā
beatā poſſit euertere: hoc igitur ef
ficitur: vt ex illo nec opinato pla-
ga maior ſit: nō vt illi putāt: vt cū
duob⁹ pares caſus euenerit: is mō
ægritudine afficiatur: cui ille nec o
pinatus caſus euenerit: Itaq̄ ducū-
tur nonnulli in mœrore: cū de hac
cōmuni omniū cōditionē audiuiſ
ſent: ea lege nos eē natos: vt nemo
imperpetuū eſſe poſſet expers ma-
li. grauius etiam tuliſſe. Quocirca
Carneades: vt video noſtrū ſcribe-
re Antiochū: repħendere Chryſip-
pū ſolebat laudantē euripideū car
men illud. Nemo mortalis eſt quē
nō attingat dolor: morbuſq̄. Mul
ti ſunt humādi liberi: rurſū creādi:
Morſq̄ eſt finita oībus: quę gene
ri humano angorē nequicquā af-
ferunt. reddenda eſt terræ terra.

Ideo la-
chrymo
quia nil
ꝓficio.

Xenophi
lus exps
morboꝝ.

Pati ne-
ceſſe eſt
multa
mala.

aſſequat? Vita metēda:trāſlatio a frugib⁹.q̄ maturæ metūt. Oratius in epiſtol. Emittit orcus grādia cū paruis nō exorabilis auro fruges

Triplex meſſio.

autē metūtur:triplici genere meſſionis:vnū vbi falce ſecūdū terrā ſub ſecāt frumētū:altero vbi ligneū habēt bacillū incuruū. In quo ſit extremo ſerrula ferrea.hac ſpicas deſecāt:& ſtramēta ſtācia in ſegete relinquūt:vt poſtea ſubſecēt: tertio mō metit: vt ſtramētū medium ſubſecēt: a quo

Meſſis a medio.

medio meſſem dictā putat. M.Varro in primo de re ruſtica. Iubet neceſſitas:neceſ

Anace neceſſitas.

ſitatis. q̄ græci αναγκην vocāt: amariſſime iūt leges truculētiſſima impia. iſupabilis:vis meritoq; ait plato i protagora: neceſſitati nec deos qdē repugnare. Liui⁹ cōſimiliter:pareat igt neceſſitati:q̄ nec dii quidē ſuperāt Neceſſitas vt ſcite dixit

Neceſſitas feriis caret.

cato:feriis caret.Plato:plotinuſq; platonicus parcas a

Parcæ neceſſitatis filiæ

iūt filias eē neceſſitatis:quę

Tū vita oībus metēda : vt fruges: ſic iubet neceſſitas negabat genus hoc orationis quicquā omnino ad leuādā ægritudinē pertinere.Id.n. ipſum dolendū eſſe dicebat: quod in tā crudelē neceſſitatē incidiſſemus.nā illā quidē orationē ex cōmemoratione alienorū malorū ad maliuolos cōſolādos eſſe accommodatā. Mihi vero lōge videtur ſecus:nā & neceſſitas ferēde cōditionis humanæ quaſi cum deo pugnare cohibet:admonetq; eſſe ho

ineffugibilis ē vt ingt Apuleius. Deniq; ſemper & vbiq; vltrix comitetur:eadē neceſſitudo dicit̄ quā Mar. Tulli⁹ ſic ſcribit in ſecūdo rhetoricorū:puto eē hāc neceſſitudinē. Cui nulla vi reſiſti pōt: quæ neq;

Neceſſitudo.

mutari neq; leniri poteſt:vt corpus mortale aliquo tēpore interire neceſſe eſt:atq; ita neceſſe:vt vis poſtulat neceſſitudinis:cui nulla vi reſiſti poteſt. Negabat:ſcilicet carneades reprēdēs chryſippū fulciētem porticū ſtoicoꝝ. Ad maleuolos cōſolādos : maleuoli ſolatii vt ingt Seneca:genus ē turba miſerorū. Lōge ſecus:lōge aliter quā carneadis

Hō quid.

Admonet eſſe hoiem.qd eſt homo?ingt Seneca:quodlibet paſſūvas & fragile iactu.Quid eſt hō?imbecilliſſimū corpus & fragile. Plinius in ſecūdo:nihil homine miſerius eſſe ait. Nihil ſuperbius : ab eodē mortalitas fragilis & laborioſa nominat̄:idē alibi dixit:is domū ꝑ

Anacreō acino vuæ ſtrāgulatus.

fecto vitā æqua lāce pēſitabit . q ſemp fragilitatis humanæ memor fuerit miſerrima eſt ꝑfecto hominis cōditio: cū tātalo ſerpentis dēte ictus intereat: cū anacreon acino vuæ paſſe : cū fabius ſenator in lectis auſtu vno pilo ſtrāgulatus ſit. Dixit olim legatus ſcytharū Ale

Dictū ſcythe.

xandro magno:ex indulgentia fortunæ conditionem humanam obliuiſcenti:ſi deus es tribuere mortalibus beneficia debes: ſin autem ho

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

mo es:id quod es ſemper eſſe te cogita. Qui mœret: in luctu & mœ
tore eſt. Enumeratio exemplorũ: potentiora ſunt ſepiſſime exem- Exẽplorũ
pla quam rationes philoſophorum & magis mouent: Ideoq; Mar. vis.
Cicero in oratione de prouintiis conſularibus: ſibi omniũ conſiliorũ
atq; factorũ: cenſet exempla:ex ſummorũ hominum factis petenda
eſſe:quærimus enim nõ cur
factum ſit quippiam: ſed a
quo factum: & clari homi-
nis exemplũ nobis pro ra-
tione eſt. Nec coherere:p̃-
ſtat in tranſlatione putridi
ruentiſq; edificii: quod ma
le coagmentatũ non cohe-
ret:ſed hiat ac fatiſcit:i quo
omnis fultura diducitur: ni
ſi ſtabilimentis fulciatur.
λυϖηρ λυϖεομαι.
græco ſermone dicitur tri-
ſtior: λυϖηριοσ triſtis.
λυϖη triſticia & dolor: Lypę.
chryſipp⁹ ille in familia ſtoi
ca famigeratus etymon ſub
tiliter veſtigauit huiuſce vo
cabuli exiſtiauitq; dici λυ
ϖηρ per litteræ immuta-
tionẽ quaſi λυσιρ:quę ſo
lutio ſignificatur tanq̃ egri
tudo ſiue triſticia hoc eſt
λυϖη ſit ſolutio & diſtra
ctio totius hominis: hoc
idem ſentit Plato in craty
lo: cum ait: lyppe: ideſt do Lyſis
lor & triſtitia a dialyſeos:
ideſt diſſolutione corporis
trahi videtur. Nam in hu
iuſmodi paſſiõe corp⁹ diſſol
uit:græce quoq; ania voca Ania.
tur triſtitia. Algedon cruci Algedon
atus: odie dolor: achthedõ Odine.
meror & langor. Perfert: Achthe-
patienter toleratur: quod teſtimonio eſt opinionis eſſe non naturæ. don.

miné: quæ cogitatio magnopere
luctũ leuat:& enumeratio exẽplo-
rũ:nõ vt animũ maliuolũ oble-
ctet. affertur. ſed vt ille qui mœret
ferendum ſibi id cenſeat quod vi-
deat multos moderate & tranquil
le tuliſſe. Omnibus enim modis
fulciendi ſunt qui ruũt:nec cohere
re poſſunt propter magnitudinẽ
ægritudinis. Ex quo ipſam ægritu
dinem lypin Chryſippus: quaſi ly
in:ideſt ſolutionem totius homi-
nis appellatam putat.quę tota po
terat euelli explicata vt principio
dixi: cauſa egritudinis: Eſt eni nul-
la alia niſi opinio & iudicium ma
gni preſentis atq; vrgẽtis mali.Ita-
q; & dolor corporis:cuius eſt mor
ſus acerrimus perfertur ſpe propo-
ſita boni Et acta ætas honeſte ac
ſplẽdide tantũ fert cõſolationẽ:vt
eos:q ita vixerint aut nõ tãgat ęgri
tudo:aut leniter pũgat aĩmi dolor
ſed ad hãc opinionem magni mali
cũ illa ẽt opinio acceſſerit: oporte
rerectũ eſſe & ad officiũ pertinere.

Ferre illud egre : ſi perſona nobis cara ac nexu ſanguinis cõiuncta moritur : opinamur officioſum eſſe & cõueniens: vt doleamus illa‑chrymemus: demõſtremus nos id egro animo ferre:& ex hac opinione:tãq̃ id facere rectũ ſit & id oporteat : mœremus & in luctu ſumus.

**Pedores** Pædores muliebre:ſordes.illuuies:ſqualores:vt ſupra docuimus potes ſeiũctim legere pedores vt colon ſubſequatur:muliebres lacerationes genarum quod mulierib⁹ in luctu teſtificando ſolet eſſe familiariſſimũ: Vnde lata lex.xii tabularũ eſt : q̃ vetaret genas a fœminis carpi & lacerari: cuius habita eſt mẽtio in ſuperioribus. Pectoris percuſſiones: Virgilius expreſſit vtrunq̃ illo verſu. Vnguibus ora ſoror fedans & pectora pugnis : percuſſio‑

ferre illud ægre: quod acciderit:tũ deniq̃ efficitur illa grauis ægritudinis perturbatio. Ex hac opinione ſunt illa varia & deteſtabilia genera lugẽdi:pedores muliebres lacerationes genarum. pectoris feminum capitis percuſſiones. hinc ille Agamẽnõ homericus: & idẽ Actianus: ſcindẽs:dolore idẽtidẽ intõſã comã. In quo facetũ illud Bionis

**Planctus pcuſſiões Plangere** nes pectoris dicuntur planctus: & plangere percutere eſt.Lucanus. Exigit ad ſeuos famularum brachia planctus. Et mox paulo plãctu liuẽtes atra lacertos. Item ſilius. Liuentia planctu brachia: apud Ouidiũ. plãgebãt corpore terram:apud catullum: plãgor eſt ꝑ plãctu &

**Plangor Femen Inter feminеum.** percuſſione ſic ſcribentẽ: ꝓcedũt leuiterq̃ ſonãt plãgore cachini. Fœminũ:coxarũ: femẽ eſt ꝓprie interior pars femoris: quod euidẽter oſtendit plinius:cũ ait in.xxvii.fœmina atteri adurique eqtatu notũ eſt femora.n.interiora eqtando atterũtur: nõ exteriora: hinc oppido q̃ ellegans vocabulũ finxit nouator verborũ Apuleius noſter q interfemineũ dixit locos muliebres:veluti poſitos inter femina. & coxas interiores:grãmatici quidã tradũt nõ inueniri femen caſu recto: ſed ab eruditis vſurpatur: nõ tã prerãcidas grãmaticales ꝑceptiones:q̃ elegantiã nitorẽq̃ ſectãtibus. Agamẽnon homericus:apud homerum

**Agamẽnon ſcindens comam.** in.x.iliados inducitur Agamẽnon: q ex merore ſomnũ capere nõ poterat cæteris gratã quietẽ carpẽtibus qui ſuſpirãs gemens oculos ad cælũ tollẽs vtraq̃ manu capillũ radicitus diſcepebat. Idẽ actianus: ab actio poeta introductus in tragedia cui titulus eſt agamẽnon. Idẽtidẽ: frequenter. Illud bionis. bion philoſophus boryſthenites fuit:

**Bionis dictũ in gulonem. Oẽs ſacrilegos eſſe** qui ad eũ qui fundos ſuos ingluuiæ vocauerat:terra inquit amhiaraũ abſorbuit:ſed terrã tu:hic modo omnes eſſe ſacrilegos argumẽtis colligebat:modo neminẽ:quiſquis:id quod deorũ eſt ſuſtulit ſacrilegus ẽ omnia autẽ deorum ſunt:quod quiſq̃ ergo tollit deorũ tollit:quorũ

omnia ſunt:ergo quiſquis tollit aliqd ſacrilegus eſt : deinde cū effrin
gi tēpla iubet: dicit nullū ſacrilegū eſſe: quia quod ſublatū eſt ex eo lo Nullū eſſe
co:qui deorū erat:in eū tranſfertur locū: qui deorū eſt. Perinde:ita: ſacrilegū.
alias pariter:alias multū:alias perinde ac perinde atq;:pro tanq̄. Re Perinde.
gem agamennonē: qui rex regū dictus eſt:quem homerus ϖοιμε
να λαων: ideſt paſtorem Paſtor po
populorū appellat. Quaſi pulorum.
caluitio:facete: id enim ma
gis mœrorē auget & dolo-
rem q̄ leuet:cū capilli euelli
nō poſſint ſine cruciatu Au
guſtinus aliquādo : ex ipro Cani vel-
uiſo interueniens oppreſſit lebātur.
ornatrices filiæ iuliæ:que il Iuliæ
li præmaturos ac nos velle
bant. Interrogauitq; filiam:
vtrū poſt aliquot annos ca-
na eſſe mallet:an calua:& cū reſponderet ſe canā eſſe malle: ſic illi mē
dacium obiecit: quid ergo iſtæ te caluā tā cito faciunt? Romani cole
bant venerē cognomento caluā:nam cū vrbe a gallis capta obſeſſi in
capitolio ex mulierū capillis tormenta feciſſent edē veneri caluæ con Venus cal
ſecrarunt: caluitiū vni tantū animaliū homini eſt:vt inquit Plinius:in ua.
commentariis ſuetonii plura de cauſis caluitii:& de coruis caluis: qui
græco vocabulo nominātur phalacrocoraces:Myconii populi inſula
ni caluitio inſignes gignūtur:ibiq; omnes calui ſunt. Vnde prouer-
bium græcū φαλακροι μυκονιοι. hoc eſt calui Myconii. Et di
xit Lucilius Myconi omnis calua iuuentus. Aeſchines in demoſte
nem: Decē oratores ſimul:athenis vna ciuitas tulit:quorū longe prin
ceps demoſthenes ac pene lex orandi fuit:plenior eſchines & magis Decem
fuſus plus carnis habens minus lacertorū: hic in oratione illa luculē- Oratores
ta quā ſcribit contra Creſiphōtē atq; Demoſtenem:acerrime accuſat athenis
Demoſtenē:quod die ſeptimo poſt mortē filiæ ante lugendi impletū Demo-
ante iuſta perecta coronatus:& veſte candida indutus hoſtias immo ſthenes
lauerit: cū illam amiſiſſet: quæ prima & ſola patrē ipſum nūcupabat. Eſchines

perinde ſtultiſſimū regem in luctu
capillum ſibi euellere quaſi caluitio
mœror leuaretur ſed hæc faciunt
opinantes ita fieri oportere. Itaq;
& Aeſchines in Demoſthenem in
uehit : quod his ſeptimo die poſt
filie mortem hoſtias immolaſſet :
Ad quā rhetorice: q̄ copioſe: quas

Ibiq; rhetoricatus eſchines:paudit vela eloquentię & fulmina orato
ria iaculatur cuius verba ſuſcripſi: que ſunt hæc qui filios odit & ma Verba eſ-
lus eſt pater nunquā bonus populi gubernator eſſe poteſt:nec is: qui chinis
cariſſima & familiariſſima corpora non diligit & fouet: vnquā nos a- Priuatim
lienis pluris exiſtimabit:nec qui priuatim eſt malus : nunquā publice malus:nū
bonus eſſe poteſt:nec qui domi eſt improbus in macedonia atq; in le- q̄ publicę
gatione probus foret:nō.n.mores ſed locū mutauit:hacten⁹ eſchines: bonus.

cuius verba aperte declarãt hominẽ rhetorice copioſe ſententioſe ſe inuectũ eſſe in Demoſtenẽ in obitu filiæ nil mœrentẽ. Verba cõtor-

Iacula oratorum.
Fulminat orator.

quet: iacula & tela oratorũ ſunt verba ac ſentẽtiæ: quibus aduerſarios fodiuut & iugulum vt dici ſolet petunt Martianus capella. inſtar inquit iouis rhetorica poteſt fulmina iaculari: hinc tranſlatio illa apud ſatyrographum ſpetioſa: q̃ veniant diuerſa a parte ſagittæ in primo de oratore: quid inquit tam neceſſariũ quam tenere ſemper arma quibus vel tectus ipſe eſſe poſſis: vel prouocare improbos: vel te vlciſci laceſſitus. Scribit Quintilianus. M. Tullium in cauſa cornelii armis fulgientibus. eſſe preliatum. Pericles dictus eſt orando fulgare tonare: cũcta permiſcere:

ſententias colligit: quæ verba con torquet: vt licere quid vis rhetori intelligas. Que nemo probaret ni ſi inſitum illud in animis habere mus. Omnis bonos interitu ſuorũ quam grauiſſime mœrore oporte re. Ex hoc euenit vt in animi dolo

Caligulæ ſolatiũ in luctu.
Alea.
Pulchra de bellorophonte
Solitudo bellorophon.
Correct⁹ locus & explicat⁹.

Solitudines captent: ipſe Cicero: mœrore exilii cõfectus ſic ſcribit ad atticũ: odi celebritatẽ: fugi homines: lucem aſpicere vix poſſum: teſtaturq́ ſolitudinã ſibi fore non amarã. Caligulæ romani principis ſororem mortuã lugẽtis ſolatiũ animi fuit alea. Qui miſer in cãpis. Bellorophontes: cui dii dederunt καλλοσκαιηνορειν ερατει ρην. ideſt pulchritudinẽ & fortitudinẽ: amabilẽ: inſimulatus falſo eſt ab antia vxore præti ſiue ſthenobea apud ipſum prætũ: quod eam nolentẽ conſtuprare vi voluiſſet. Ex quo prætus indignatus eũ perdere deſtinauit: miſitq; cũ codicillis ad eurien regem lyciorum: quibus eius mors continebatur: hinc illud plautinũ ex bracchidibus: bellorophontem iã me tuus fecit filius. Egomet tabellas detuli vt vinceret: Itaq; bellorophontes cũ tabellas regi obtuliſſet: primo iuſſus: aduerſus: chymerã: mox aduerſus ſolymos. tertio loco cõtra amazones depugnare: ſemper cũ victoria rediit: vnde rex cognoſces bellorophontem haud dubie diuinũ eſſe: illi vxorẽ dedit filiam cũ dimidio regni: ex qua tres liberos ſuſtulit. ισαρδρον τεκαιιϖϖολοχορκαι λαοδαμιαν. poſt autem diis factus inuiſus filiis orbatus: errabat ſolus in campis ſolitudinẽ captans conſortia hominũ fugiens. Quod Homerus græcis verſibus duobus ſic expræſſit. ητοι οκαϖϖεδι ορτοαληιον οιοσ αλατο. ονθιμονκατεδων. ϖαον ανθρϖωναλε ειρωων. quos Cicero in latinũ vertit: qui in omnibus codicibus ſic legũtur: qui miſer in cãpis mærens errabat alienis. Ipſe ſuum cor edens hominũ veſtigia vitens: nec vllus fere eſt: quin ita lega: quin exiſtimet ſenſum eſſe planũ & apertũ: ſed cum primus verſ-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſus vltimo pede claudicet: quod ſatis liquet. Curioſitas: quæ cuncta veſtigat me cōmonuit recurendū eſſe ad archetypon grecū: vnde iſta fluxerunt. Itaq; penſitatis diligenter homericis carminibus cenſeo ꝓ campis alienis: vt legas cāpis aleis: grece enim ſic ſcribitur. καϖϖε διον τοαλΗιον οιοσ αλατο. ideſt campū aleū ſolus errabat. αλΗιοσ autem ideſt aleos: græco ſermone dicitur erraticus: vt intelligamus campum illum aleion: ideſt erraticum ab erroribus errantis bellorophontis. Cognomina tum fuiſſe: & ita integro ſē ſu græco perfectuſq; numeris latinus verſus legeť: de græco factus. Qui miſer in cāpis mœrens errabat aleis huic ſententiæ accomodari non abſone poſſet illud naſonis: ex denotatio carmine in ibin: quinq; ab equo præceps alienis decidit aruis. Nam cū hoc verſu ſignificetur bellorophontes: poſſemus non inſcite legere: quiq; ab equo præceps in alienis decidit aruis: vt tam apud Ouidiū: q̄ apud Ciceronem dictio ſubdicititia: quæ eſt alienis obreſerit pro aleis: fuit operepræcium emaculare codicē ciceronis: & maculas inueteratas eluere: vt ita ſuus ille nitor: ſua ſinceritas illuceſcat. Niobe fingitur lapide: qs ignorat nioben ex dolore dici a poetis demutatam eſſe in ſtatuā lapideam cum ex fecūdiſſima matre ad orbitatē redacta extinctos vidiſſet filios filiaſq; omnis quos apollo & ſagitis cōfixerant: in primo ꝓpertii cōmentario annotauimus diuerſitatē fabulæ ſuper nupero niobe filioꝝ. Nā homerus pueros puellaſq; eius bis ſenos dicit fuiſſe: ſapho bis nouenos: bacchilides & pindarus bis denos. Euripides bis ſeptenos: quem ſecutus eſt Ouidius noſter: interpretantur nioben fingi lapideam: propterea quod ex nimio dolore attonitam obmutuit: ac veluti lapideſcens malis diriguit: ſicut olim mater cum filii filiæ ſtupro interueniſſet: inopinati monſtri percuſa conſpectu. Et in præſens tempus ad indignandum & in poſterum ad loquendum obmutuit: a ſtatio in ſyluis ſypileia mater dicta niobe: quoniam facta ſaxea turbine venti in ſypilum patriam rapta eſt: vbi fixa cacumine mortis liquitur & lachrimis etiam nunc marmora manant. Dixit tamen Homerus in vigeſimoquarto. illiados. Nioben poſt funera natorum & lachrimas eodē die decibo cogitaſſe. quo exemplo maximus poetarū demōſtrauit ius flēdi in vnū dū taxat diē eſſe cōſtitutū. Hecubā in canē: græci latiniq; ſcriptores hecubā prædicāt ex dolore impatibili

> ribus: alii ſolitudines captēt: vt ait Homer⁹ de Bellorophōte. Qui miſer in campis mœrens errabat aleis. Ipſe ſuum cor edens hominū veſtigia vitans. Et Niobe fingitur lapidea propter æternum credo in luctu ſilentium. Hecubam autem

Locus Ouidii.

Niobe lapidea facta

Hecuba in canem.

poſt cladem exitiūqꝫ patriæ ac ſuorū. poſt exoculatū polymneſtra cō-
uerſam eſſe in canem. vnde eius ſepulchrū dictū eſt in cynoſſem a: de
Cynoſſe- quo plinius. Cynoſſem a: ita vocatur hecubę tumulus: quod ſignifi-
ma. cauit Ouidius cū ait in. xiii. Latrauit conata loqui: locus extat & ex re
nomen habet. Nam cynoſſema græco ſermone dicitur canis ſepul-
chrum: de quo Solinus. ſi-
geum aſie. In quo tumulus
eſt cynoſſema dictus hecu-
bę ſepulchrū. De hecuba in
canem tranſfigurata ait Iu-
uenalis. Sed torua canino
latrauit rictu. quæ poſt hūc
vixerat vxor. Apud En-
nium nutrix ſignificat fabu
lam titulo medeā quā ſcri-
pſit Ennius: cuius teſtimo-
nio ſepe grāmatici vtūtur:
de qua Mar. tullius in pri-
mo de finibus. quis enim tā
inimicus pene nomini ro-
Ennii me mano eſt. qui Ennii medeā
dea. ſpernat inducebatur nutrix
medeæ apud Enniū miſe-
rias alumnę proloquens in
ſolitudine: cuius hæc ſunt
verba. cupido cepit miſeriā
eadē nutrix inducta eſt a ſe
neca in medea. conſimiliter
Propertiū poetam delectat
in ſolitudine eloqui ſuos
dolores amatorios. ſic. n. in
quit. hæc certe deſerta loca & taciturna querenti: & vacuū zephiri poſ
Inſimulat ſidet aura nemus: his licet occultos proferre impune dolores: ſi mo-
Inſimula do ſola queant ſaxa tenere fidem. Peccati ſe inſimulant: ſe ipſos accu-
tio. ſant tanq̄ peccauerint: ſi in luctu aliquid fecerint dixerintqꝫ hilarius le
Hilareſce- tiuſqꝫ inſimulare eſt accuſare: quod cū genitiuo copulatur: plautus. In-
re. ſimulabit eā probri. Inſimulatio vt docet Donatus eſt & falſi & veri
Hilaritu- criminis incuſatio. Hilarius: letius: amenius: iucūdius: hilarari: & hila
do. reſcere eſt iucundari. hilaritudo dicta ab antiquis pro hilaritate. An-
Hilaria tiqui diem equinoctii verni colentes hilaria appellarunt. vt docet Ma
dies. crobius: quo exordium letitiæ celebratur quo primū tempore ſol diē

putant propter animi acerbitatem quandā & rabiem fingi in canem eſſe conuerſam. ſunt autē alii quos in luctu cum ipſa ſolitudine loqui ſæpe delectat: vt illa apud Ennium nutrix cupido cœpit Miſerā nunc me proloqui cælo atqꝫ terræ. Medeæ miſeras: hæc omnia vere: recta debita putantes faciūt in dolore. Maximeqꝫ delectantur hoc quaſi officii iudicio fieri. Quod ſiqui forte cū in luctu eſſe vellent: aliquid fecerunt humanius: aut ſi Hilarius locuti ſunt reuocant ſe rurſus ad mœſtitiam: peccatiqꝫ ſe inſimulāt quod dolore itermiſerint. Pueros vero matres: & magiſtri caſtigare etiā ſolent: nec verbis ſolum: ſed etiam verberibus: ſiquid in domeſtico luctu hilarius ab iis factū eſt: aut

longiorẽ nocte protendit. erat autem ad octauũ calen. aprilis de hila ribus meminit Flauiuus vopiſcus. In aureliano: quibus omnia feſta & fieri debere: & dici tradit. Nihil profici mœrẽdo: noſtris mederi ſi malis poſſent lachryme: lachrymas emeremus auro: vt inquit menander. Mœror & dolor nihil proficiunt lugentibus: cũ fata ſint in exorabilia. & quod factũ eſt amplius fieri infectum nõ poſſit.

dictum: plorare cogunt. Quid ipſa remiſſio luctus: cum eſt cõſecuta intellectaq; eſt nihil profici mœrendo: Nonne res declarat fuiſſe totũ illud voluntariũ: Quid ille terẽtianus ipſe ſe puniens εαυτουτιμο ρουμενοσ. decreui tantiſper me minus iniuriæ Chremes meo gnato facere: dũ fiam miſer. Hic decreuit: vt miſer ſit: Nũ quis igitur quicquã decernit inuitus? Malo quidẽ me quouis dignũ deputem. Malo ſe dignũ deputat niſi miſer ſit. Vides ergo opinioĩns eſſe nõ naturę

εαυτον τιμορουμε νοσ. notiſſima eſt terentiana fabula. hoc titulo quo ſignificatur ſe ipſum puniẽs ſiue excrucians. Nã inducitur ſenex menedem⁹ ſemet ipſum crucians dũ in fundo fodit. arat aut aliquid facit ſine laxamento ob filiũ adoleſcentulũ amandatum qui in aſiam ad regẽ militatum abiit paternæ moroſitatis impatiens: de quo Oratius in ſermonibus. Ita vt pater ille: terẽtii fabula quẽ nato miſerũ vixiſſe fugato inducit: non ſe prius cruciauerit atq; hic. Chreme: vocatiuus caſus eſt ſiue ſalutatorius: loquit̃ .n. menedemus cũ chremete vicino. Decreui cõſtitui quod eſt volũtarium. Tãtiſper: tam diu. poſtulat autẽ poſt ſe hæc particula. dũ vel donec: vel quoad: vt Cicero in carcerẽ ductus vt ibi eſſet tantiſper dũ culeus cõpararetur. Au. gelius. eo cõſilio vt viueret quidẽ tantiſper: quod fieret permutatio apud Liuiũ tantiſper abſolute poſitum eſt ꝑ interea: ſiue tantũmodo ſic: n. ſcribit in primo: tamen id imperium ei ad puberem etatẽ incolume manſit tantiſper tutela muliebri. Malo quidẽ: verba menedemi: qui putat ſe dignum quocunq; malo: cũ iniuſtitia ſua ſe eieciſſe filiũ miſerum ex patria fateatur. Nãq; nimis multos: Verſus homeri: quib⁹ declaratur ex quotidianis necib⁹ fieri ſedationẽ mœroris & pauſam: & callũ quaſi obduci aduerſus luctum. Vlyxes in. xx. iliados talia eloquitur. Ergo in poteſtate eſt: ex carmine Homerico oſtendit. Marcus Tullius in poteſtate hominum eſſe abiicere dolorem cum velint cum illæ præceperit. Luctum lachrymis diurnis eſſe finiendum. Conſtabat eos: Pompeius conſcendens nauiculam paruulam a ptolomeo miſſam: ad vxorem filiumq; cõuerſus

E autõtimo rume nos.

Tantiſper

Quiſqs ad tyrannũ it fit ſeruus

ſophocleum illud pronũciauit:quiſquis ad tyrannũ proficiſcitur.fit il
lius ſeruus.licet liber ſit.ibiqꝫ ab achilla & ſeptimio interficitur.Annũ
egens etatis:vnde ſexageſimũ:qui in morte nihil ſe ipſo indignũ:aut
dixit aut fecit:ſed tantum ſuſpirans ſe ictibus præbuit:cornelia & ce
teri vt aſpexere cedem anchoris celerrime eductis effugerũt:vnde pe
lago altius petito. cum ven
tus vehementior flaret : ab
egyptiis perſequi ſatagenti
bus ſeſe ſubduxerũt plutar
chus.Lucanꝰ.cæteri tradũt
vlulatum maximũ ad littus
vſqꝫ emiſſum fuiſſe ab his

Nex põpeii

viſo Cn.pompeii caſu. Ci=
cero vero ait eos nihil aliud
tũ egiſſe niſi vt remiges hor
tarentur ad remigandum.
Demũ vbi in tuto fuerũt la

Cornelia delamentata

mentari cepiſſe. canit Luca
nus. corneliam viſa coniu=
gis nece delamẽtatã eſſe fle
biliter & lachrymoſæ mox
caput ferali amictu obduxiſ
ſe:& in cauernis nauigii te=
nebroſis delituiſſe.Dein cũ
perueniſſent ad littus afri=
canum vbi erat cato luctũ
eſſe factum exemplo caren
tem:nulliqꝫ euo cognitum:
Ibiqꝫ manibus pompeii pa=
rentatum. Claſſe hoſtium
egiptiorum: Timor ab his.
ſenſus eſt. ſi in pompeianis

Expectorare triſtitiam.

timor & pauor expectorare
potuit dolorem:& repellere
triſtitiam: tanto magis hoc
ſapientia efficere poterit.
Nihil profici. ſepe dictũ
eſt lachrymas & luctus inef
ficaces eſſe & nihil prodeſ=
ſe ad iacturam ſarciendam.
Facilius ferunt:multi oc=

malũ. Quid quod res ipſa lugere
prohibet:vt apud Homerũ quoti
dianæ neces interituſqꝫ multorum
ſedationẽ mœrendi afferũt: apud
quẽ dicitur ita. Nãqꝫ nimis multos
atqꝫ omni luce carentes Cernimus
vt nemo poſſit merore vacare.
Quo magis eſt æquũ tumulis mã
dare perẽptos. Firmo aio.& luctũ
lacrimis finire diurnis:Ergo in po
teſtate eſt abiicere dolorẽ cũ velis
tẽpori ſeruientẽ. An eſt vllũ tẽpus
quoniã quidẽ res in noſtra pote
ſtate: eſt cui nõ ponẽdæ curæ ęgri
tudinis cauſa ſeruiamus. Conſta
bat eos qui cõcidentẽ vulneribus
Cneũ Pompeiũ vidiſſent:cũ in il
lo ipſo acerbiſſimo miſerrimoque
ſpectaculo ſibi timerẽt: qđ ſe claſſe
hoſtium circũfuſos viderent:nihil
tũ aliud egiſſe: niſi vt remiges hor
tarentur:& vt ſalutẽ adipiſcerẽtur
fuga:poſteaq̃ tyrũ veniſſent:tũ af
flictari lamẽtariqꝫ cœpiſſe. Timor
igitur ab iis ægritudinẽ potuit re
pellere: ratio ac ſapientia vera nõ
poterit? Quid eſt autem ꝙ plus
valeat ad ponendum dolorẽ:quã
cum eſt intellectum nihil profici &

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

caleſcunt: obdureſcuntqꝫ ex diuturnis malis ad ferenda equo animo quæcūqꝫ aduerſa contigerint. Si mihi nunc: carmen euripidis poetæ latinitate donatū a. M. Tullio quo theſeus opinor inductus: queritur de fortunæ cōtinenter vrgentis iniquitate pertinaciſſima: que res obduxit callū contra ſum doloris. conſuetudo.n. malorū & defatigatio egritudinū vi doloris & egritudinū facit leuiorem.

Occalleſcunt ad mala.

frustra cē ſuſceptum? ſi igitur deponi poteſt etiam non ſuſcipi poteſt. Voluntate igitur & iudicio ſuſcipi ægritudinē confitendū eſt. Idqꝫ indicatur eorum patientia: qui cum multa ſint ſæpe perpeſſi facilius ferunt quicquid accidit. obduruiſſeqꝫ ſeſe contra fortunam arbitrantur. Vt ille apud euripidem: ſi mihi nunc triſti primum illuxiſſet dies: nec tam erumnoſo nauigaſſem ſola: eſſet dolendi cauſa: vt iniecto equulei freno repente tactu exagitantur nouo. ſed iam ſubiectus miſerii obtorpui.

Illuxit: apparuit: fulſit: Agretius grāmaticus. Eluxit qui luctum depoſuit: Illuxit cum lumen apparuit.

Illuxit

Salo erumnoſo: mari referto erumnarum periculo rūqꝫ Cato portius trium rerum penitentia ducebatur: primum ſi mulieri arcana crediſſet. Secundum ſi aliquo itinere nauali tranſmiſiſſet: quo pedibus ire potuiſſet. Tertium ſi qua dies per incuriam deſidiamqꝫ effluxiſſet. Terentianus ſoſia fortunatum vocat: qui nūquam ingreſſus eſt mare. Plautinus ſenex vitam maritimam reformidat: alter apud eundē Plautum in trinummo ſalſipotenti & multo potenti neptunno gratias agit quod euaſerit illum ſpurcificum immanem intolerandum & veſanum deluctatus erumnis maris: idem in rudente neptunnum eſſe dicit balneatorem frigidum: qui ex inſulſis ſalſos facit: qui ſalſam præbet potionem & frigidam. Interrogatus Anarcharſis vtrum plures eſſent viuentes an mortui: quo inquit in loco collocas nauigantes. quo dicto ſcite ſignificauit nauigantium vitam non eſſe vitalem. Ego quoqꝫ memor maritimarum erumnarum olim feci quod Plato: qui cum in equum aſcendiſſet ſubito deſcendit, veritus ne equi ferocitate raperetur: ſic & ipſe conſcendi equum ligneum ex portu anconitano oram ſoluens. cum iam per equor cerulum vectarer repente remigem rogaui: vt me animal terrenum reſtitueret terræ: & ita e veſtigio deſcendi veritus ſalſas ſalſipotentis potiones. Iniecto equulei freno ſicut nouellus equuleius. hoc eſt pullus equinus adhuc per etatem inſolens frenorum ac tyro exagitatur

Mare erū noſum.

Penitētia catonis

Salſipotens

Balneator frigidus.

Scitū anacharſis

Olim cōſcendi nauiū & deſcendi.

Frenum mordet



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

concutiturq; ſolo tactu freni. ſic homo dolore exagitatur ex dolen-
di inſolentia: vbi vero aſſueuit erũnis obtorpet: facitq; quod equus
iam edomitus: qui frenũ mordet & ſeruitio hominis aſſueſcit: & do-
miturã facile fert: & ad obſequiũ habilis reperitur: equus bimus: vt do-
cet Columela ad vſum domeſticũ recte domatur. Certaminibus autẽ
expleto triennio. Annotan-
dũ obiter quod annotatu
dignũ eſt. ſi maſculũ equi-
num fetũ progenerari ve-
lis. ſiniſtrũ teſticulũ admiſ-
ſarii lineo funiculo obliga-
to: ſi feminã vero dextrum
ſicut p̃cipit democrit⁹ phi-
ſicus: qui idẽ in oĩbus pene
pecudibus faciendũ cenſet
.M. Varro ſuadet frenos in
equili ſuſpendendũ. vt ocu-
li equuleo⁊ cõſueſcãt vide-
re eorũ faciẽ: & e motu cre-
pitus audire: cũ iam ad ma-
nus accedere conſueuerint.
Interdũ imponere his pue-
rũ. Equuleus dicitur pullus
equinus. & nouellus dimi-
nutiuum ab equo vt docet
Priſcianus in tertio. M. tul-
lius in verrinis. his equitabit equuleis: dr̃ & equulus. M. Varro hoſce
itẽ. vt equulos. & educũt & alunt. Idẽ ait equulũ poſt annũ & ſex mẽ-
ſes domari poſſe: ab equa ſit equula. Plautus adhinnire equulã poſſũ:
ego hãc equile dicũt ſtabulũ equorũ: ſicut bubile boum. caprile capta-
rũ. Edilia dixit Oratius pro ſtabulo edorũ. In ſummo ſe malo eſſe:
hoc facete dictũ ex opinione ſtoicorum: qui dicunt inſipientes eos &
miſeros: qui ſapientiã ad perfectũ non ſint conſecuti. inſipientia autẽ
ẽ ſummũ malũ Dicebat. n. ſocrates vnicũ eſſe bonũ ſciẽtiã: malũ vni-
cũ imperitiã. Ergo philoſophi: q nõ ſunt plene ſapiẽtiã cõſecuti: ſunt
in inſipientia & cõſequẽter in ſummo malo: & tamẽ nõ lugent. cũ alii
lugeant: ex minoribus malis: dogma ſtoicorũ eſt: eos qui natura do-
ctrinaq; longe ad virtutẽ proceſſiſſent: niſi eam plene cõſecuti eſſent.
ſumme eſſe miſeros: neq; inter eorũ vitã & improbiſſimorũ quicq̃ om-
nino intereſſe: vt plato tãtus ille vir ſi ſapiẽs nõ fuerit nihilo melius q̃
quiuis improbiſſimus nec beatus vixerit. Merito itaq;. M. Tullius in

Si maſculũ pecus habere vis

Equulei⁹

Equulus

Equula

Equile

Bubile

Edilia

Dogma ſtoicorũ ridiculũ

Defatigatio igitur miſeriarũ ægri-
tudines cũ faciat leuiores: intelligi
neceſſe eſt non rem ipſam cauſam
atq; fontẽ eſſe mœroris. Philoſo-
phi ſummi necdũ tamen ſapientiã
conſecuti nondum intelligunt in
ſummo ſe malo eſſe. ſunt enim in-
ſipientes: neq; inſipientia vllũ mai⁹
malũ eſt: neq; tamen lugent. Quid
ita? quia huic generi malorũ nõ af-
figitur illa opinio: rectum eſſe & æ-
quum & ad officiũ pertinere: ægre
ferre ꝙ ſapiens non ſit. Quod idẽ
affigimus huic ægritudini: in qua
luctus ineſt: que omniũ maxima ẽ.
Itaq; Ariſtoteles veteres philoſo-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

oratione pro murena facetiſſime luſit doctrinā ac decreta ſtoicorum.

Huic generi malorū: non plene ſapientiā percepiſſe. Aut ſtultiſſimos: Lactantius libro tertio meminit horū verborū huiuſq; ſentētiæ, vbi verū eſt inquit ſtultiſſimos fuiſſe qui putauiſſent ingeniis ſuis perfectā eſſe ſapientiā: ſed ne ipſe quidē Ariſtoteles ſatis prudēter: q aut a veteribus ceptā: aut a nouis auctā aut mox a poſterioribus perfectū iri putauit. nūq̄.n. poteſt.n. inueſtigari qđ nō per ſuā viā queritur.

phos accuſans: q exiſtimauiſſent philoſophiam ſuis ingeniis eſſe perfectam: ait eos aut ſtultiſſimos aut glorioſiſſimos fuiſſe. ſed ſe videre ꝙ paucis annis magna acceſſio facta eſt: breui tēpore phloſophiá plane abſolutá fore. theophraſtus auté moriens accuſaſſe naturá di-

Paucis annis acceſſio: ſeneca: mūdū inqt ſunt mille anni ex quo initia ſapiētiæ nata ſunt: multis ergo ſeculis humanū genus ſine ratione vixit. Theophraſtus accuſaſſe naturā. Mihi iuſta ſane videt̃ querela hæc & accuſatio theophraſti & quæ cūctos litteratos deceat. quid.n. ſi dicere fas eſt: ſibi voluit illa parens rerū opifexq; natura: cū dedit ceruis coruis. cornicib⁹, elephantis. vitā diuturnā: hominibus tā exiguā: cū tribuit brutis animātibus annoſa ſecula: nobis vix vitæ guſtatū indulſit: quorū maxime intereat diutiſſime viuere: vt doctrinæ oēs vt artes ad perfectum perduci poſſent annorū lōginquitate: quod ſi primigenii illi homines vixerūt vt fertur annorū milia: cur in p̄ſentia nō viuimus tā longiturni. cur facta eſt ætas noſtra deterior. quid deliquit quid peccauit ipſa poſteritas. vt nō eodē diuturnæ vitæ beneficio perfruatur. Credam⁹ verū eſſe illud manlii idem ſemper erit: quoniā ſemper fuit idē. ſcribit Ioſephus libro primo antiquitatū vetuſtiſſimos illos homines primigenios ideo tādiu vixiſſe: primo ꝙ eis pabula oportuniora melioraq; ad maius tēpus præparata extiterunt: deinde propter virtutes & glorioſas vtilitates quas iugiter perſcrutabantur: ideſt aſtrologiā & geometriam. Deus eis amplius viuendi ſolatia cōdonauit: quæ nūq̄ antea addiſcere potuiſſent. Niſi ſexcentis viuerēt annis per tot enim annorum curricula magnus annus impletur. Ceruos autem viuaces eſſe tradunt ſcriptores. Heſiodus cornici nouē noſtras attribuit etates: quadruplū eius ceruis. id triplicatum coruis. Verba Heſiodi hæc ſūt. ελαφοσε Δετεγρακορονοσ τρεισ Δεελα φουσο κοραξ γηρασκεται. vita ceruis vt plinii verbis vtar in confeſſo lōga eſt: poſt centū annos aliquibus captis cū torquibus aureis: quos alexander magnus addiderat adoptis: iam cute in magna obeſitate: febrium morbos nō ſentit hoc animal quin medetur huic timori quaſi-

Initia ſapiētię nō vetuſta

Querela theophraſti

Accuſanda natura

Primigenii. polychronii.

Cauſa lōgioris vitæ.

Viuax Coruus

caro ceruina expultrix febrium.

dam nos principes feminas ſcimus oibus diebꝰ matutinis carmē eam deguſtare ſolitas: & lōgo euo caruiſſe febribꝰ hactenꝰ pliniꝰ: hinc a ſatyrico poeta.

Ceruina ſenectus
Subulone qui

Ceruina ſenectus: dicta pro diutina & viuaci ſubulones ceruos appellant: quibus ſimplicia ſunt cornua: de vita cornicū diuturna dictum eſt in primo cōmētario. Querebatur: lamētabatur Theophraſtus.

Officioſꝰ dolor

Officioſi doloris: officiciolum dolorē ſignificanter cū dicit: qui prius eſt: ex iuſta cauſa ſumitꝰ & cuius ꝓbabilis ratio reddi poteſt.

Officiū

officium enim ab efficiendo dictū: quod efficere vnūquēq; cōueniat ꝑ cōditiōe pſonæ. Nā officiū appellamꝰ qđ rōne actū ſit: vt docet. M. Tulli tertio de finibꝰ. Nō putāt legēdū viris. Seneca viris nullū legitimū lugēdi tēpus cōſtitutū eſſe tradit qa nullū eſt honeſtum: cū annū feminis ad lugendū maiores inſtituerint non vt tādiu lugerent ſed ne longius.

Annꝰ ad lugēdum feminis
Luctus
Dialis maſſilienſium

Laudant luculēti ſcriptores inſtitutū illud maſſilienſiū ſine lamentatione ſine planctu cadauera efferuntur: luctus funeris die domeſtico ſacrificio conuiuioq; neceſſariorū addito finitur: Lycurgus in rebus funebribꝰ. ανειλε τα ϖενθη και τουσ οδιρμουσ. i. ſuſtulit luctus & lamentationes. Q. maximꝰ. Cato in libro de ſenecctute: multa ait ſe præclara in quinto maximo cognouiſſe: ſed nihil eſt inqt admirabilius q̄ quomodo ille mortē M. filii tulit clari viri & cōſulatis eſt in manibus viri laudatio: quā cum legimus quem philoſophū non contēnimus.

Fabius mortē filii tulit firmiter.
Clypeus romanꝰ

Poſſidonius refert hunc fabiū cōtactorem a romanis clypeum vocitatū: propterea quod eo tanquam clypeo romani tegebātur ab impetu hoſtili. de eo dixit Hānibal: & romani ſuū habent Hannibalem. Refert Plutarchus: cū fabii filius diem obiiſſet: eum pro dignitate optimi patris calamitatē orbitatis commodiſſime tuliſſe: ipſumq; in foro filium defunctum ora-

citur. ꝙ ceruis & cornicibus vitam diuturnā: quorū id nihil intereſſet hominibus: quorū maxime intereſſet: tā exiguam vitam dediſſet: quorum ſi etas potuiſſet eſſe lōginquior. futurum fuiſſet: vt omnibꝰ perfectis artibus omni doctrina hominum vita erudiretur. Querebatur igitur ſe tum cū illa videre cœpiſſet extingui. Quid ex cæteris philoſophis nōne optimus & grauiſſimus quiſq; confitetur multa ſe ignorare: & multa ſibi etiam atq; etiam eſſe diſcenda. neq; tamen cū ſe in media ſtulticia: qua nihil eſt peius hærere intelligant: ægritudine ꝑmuntur. Nullā eni admiſcet opinio officioſi doloris. Quid qui non putant lugendū viris? qualis

tione funebri ex more laudauiſſe: Qualis lucius paulus:ſcribunt Va
lerius maximus:ſeneca:plutarchus. Emylio paulo quattuor fuiſſe fi=
lios mares:ex quibus duos iure adoptionis in corneliam fabiamqꝫ gẽ
tem tranſtulit:duos quos ſibi ſeruauerat extulit: quorũ alter quinto
ante triũphum paternũ die, alter tertia poſt triũphum die expirarunt:

fuit: Qu. Maximus efferens filium
conſularem: qualis Lucius paulus
duobus paucis diebus amiſſis fi=
liis qualis marcus Cato pretore de
ſignato mortuo filio. quales reli=
qquos in cõſolatiõe collegim⁹ qd
hos aliud placauit:niſi ꝙ luctũ &

itaqꝫ qui ad donandos vſqꝫ
liberos habundauerat. is ad
orbitatem repẽte adactus ẽ
quem caſum robore animi
incredibili ſuſtinuit. In tan
tum vt populum ipſe ob id
ingemiſcentẽ condolentẽ=
qꝫ:magis cõſolaretur:q̃ ipſe
foret conſolãdus:qui in o=
ratione. quam apud popu=
lum habuit ſic locutus fer=
tur: cum in maximo prouectu fœlicitatis noſtrę quirites timerem ne
quid mali fortuna moliretur. Iouem optimum maximum: Iuno=
nemqꝫ reginam: & mineruam præcatus ſum: vt ſi quid aduerſi popu
lo Romano immineret. totum in meam domum conuerteretur: qua
propter bene habet:annuendo enim votis meis id egerunt: vt vos po
tius meum caſum doleatis: q̃ veſtrum ingemiſcerem. Qualis. Mar.
Cato. Mar. Tullius in epiſtola ad Seruium ſulpitium: de his qui forti=
ter obitum filiorum tulerunt: ſic refert Quintus maximus: qui filiũ
conſularem clarum virum magnis rebus geſtis amiſit. & Lucius pau=
lus:qui duos ſeptem diebus. & noſter gallus. & Marcus Cato qui ſum
mo ingenio ſumma virtute filium perdidit his tẽporibus fuerunt: vt
eos iſporum dignitas conſolaretur. M. Cato apud ciceronem de
catone hoc filio defuncto: ſic inquit. proficiſcar ad catonem meum
quo nemo melior vir natus eſt:nemo pietate præſtantior: cuius a me
corpus crematum: quod contra decuit ab illo meum & mox: quem
ego meum caſum fortiter ferre viſus ſum:non quod æquo animo fer
rem:ſed me ipſe conſolabar: exiſtimans non longinquum inter nos
diſceſſum & digreſſum fore:auctor eſt plutarchus. M. Catonem. vxo
rem & filium perdidiſſe inducta noua victus & medicinæ formula.
oleribus enim & neſſarum. phaſſarumqꝫ ac leporis carne domeſticos
egrotos alebat. vt autem verba græci ſcriptoris intelligas: quæ viſa
ſunt interprætibus non tranſlaticia. phaſſæ dicuntur palumbi. neſſi
anates ſignificantur: vnde neſſotrophium apud. M. Varronem. & co
lumelã dictũ:quo anates clauſæ gregatim paſcuntur. Natura affert
dolorẽ. M. Tullius: qui iam copioſe tã eloquẽter tã magnificis verbis

Pater lau
dauit fi=
liũ defun
ctum.

Quatuor
filii emy=
lio

Mors fili
orũ ſeptẽ
diebus.

Verba
Pauli
Emylii

Cato for=
titer tulit
obitõ fi=
lii.

Cato fi=
liũ & vxo
rẽ intere=
mit.

Phaſſæ
palũbi

Neſſotro
phi quid.

Cicero patiēs doloris.
Opp̄ſſus a dolore

affirmat dolorē eſſe in opinione nō in natura. cū ſolū vertiſſet exilii cauſa. cū amiſiſſet filiā cariſſimā: ſuccubuit dolori & egritudini. iacuit miſeranter. tūc illi mœror omnē expectorauit ſapientiā tunc animus diſſenſit a labiis: tūc ſcribēs ad ſeruiū ſulpitiū. opprimor inquit & vix reſiſto dolori: idē alibi dixit. Cedo fortunæ & manū intollo. Et ita virū philoſophaſtrū vel potius philoſophū magnificis verbis aduerſus egritudines perorantē, oppreſſit tabificꝰ mœror: docuitq; dolorē nō opinabilem eſſe ſed naturalē: hoc idē ego quoq; nuper expertus ſum ex obitu matris optimæ cariſſimæq;: q̄ ſicut viuēs mihi intra domeſticos parietes ocianti erat maximū ſolatiū: ita mortua maximo me dolore cōfudit: heu me miſerū: hæc ſcribens dolore diuellor ſubit mentē recordatio affabilitatis dexteritatiſq; maternæ. idētidē recurſat mordax cura videor videre idolon. ſpectrūq; piētiſſimæ parentis qua nulla. verū enim loqueris libere loquar ſanctior nulla probior nulla religione p̄ſtantior fuit: erat prudēs & circūſpecta ſupra captū feminarū. Qui dixit nullū eſſe amorē indulgentiorē: q̄ maternū veridicus fuit. Deus bone quāta me quāta fratres caritate amplexabatur: hilaris erat vbi nos hilaros videbat: triſtis vbi: ſubtriſtes leticia eiꝰ ac triſtitia ex filiorū vultibus pendebat: nobis vicē patris matriſq; exhibens. Nāq; poſt mortē patris: Caſtorea: hoc enim nomine mater nuncupabatur: decreuit ſibi in viduitate eſſe permanendū & cū in matrimoniū a nobilibus viris iterū peteref: eſſetq; in ipſo ætatis ſuæ flore marito viduata: mulier ſancte pudica. filios pluris fecit. q̄ coniugales voluptates. Itaq; me cū duobus fratribꝰ: quorū alter maior natu eſt alter minor memorabili pietate ſedulo aluit. per annos ferme. xxxvi bimulus. n. patrē amiſerā. O miſerū & funeſtū illū diem atroq; calculo notandū: quo optimā. cariſſimā. dulciſſimā parentē aſpexi morientē: O diē: qui diuo petronio tutelari bononienſiū deo es dicatus: te acerbū: te atrū: te ominoſum ſemp habiturus ſum: tu mihi id eripuiſti: qd in vita erat iucūdiſſimū, tu aliis feſtū genialē generaliter colentibus, me luctu & lachrymis repleuiſti: tu me vulnere inſolabili cōfeciſti. At conſolatores dicent ſenio confeſta: erat iam ſextū & ſexageſimū ætatis annum impleuerat: iam ſatis diu vixerat. ſunt iſta quidē vera nec inficior: ſed mihi parum diu vixerat. mihi imaturo obitu rapi viſa eſt acerba enim ſemper eſt bonorū mors etiā capulariū: mœreo & qdem

mœrorē eſſe non putabant viri. ergo id ꝙ alii rectū opinātes ægritudini ſe ſolent dedere: id ii turpe putantes ægritudinem repulerunt. ex quo intelligitur non in natura ſed in opinione eſſe ægritudinem contradicuntur hæc. quis tā demens

De obitu matris meæ.

Probitas matris
Mores materni.
Caſtorea nomē matris in viduitate p manſit.

Dies mortis maternæ luctu ꝯfus.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

dolenter:q; optime parenti nullam ſolidam gratiam rependere potui
pro cumulatiſſimis beneficiis:quibus me ſemper indulgenter eſt pro-
ſecuta:dum iam maternis fungitur vicibus ac paternis. Deniq; efficit
interitus optimæ matris:nũq̃ enim a me ſine honoris nomine eſt no
minanda:vt cognoſcerem ac experiter affectũ doloris eſſe potentiſſi
mũ in natura non in opini-
one collocatum. qui ſubide
me nolente ac reluctante vi
olenter erũpit:cui reſiſti nõ
poteſt: qui interdum impe-
rioſiſſimus refringit repagu
la virtutis:vixq; per oculos
ac ſuſpiria effuſus interqui-
eſcit. Valeant philoſophi cũ
verbis ſuis magnificis. præ
dicent non eſſe dolendum.
lactent egritudinem in opi-
nione non in natura conſi-
ſtere. Non credo:non aſſen
tior:nec credidit nec aſſen-
ſus eſt is qui nũc apathiam
maxime probat:& dolorem
opinabilem eſſe audenter ac
decenter affirmat. Nam ex
morte filiæ oppreſſus a do-
lore eſt. Exciderunt que dicta & præcepta. poſthabitis aliorum præ-
ceptis conſolatoriis. Confugit ad domeſticas medelas ſeq; ipſum
conſolatus eſt: compoſito libro de conſolatione. meditor ipſe quo-
q; condere libellũ de conſolatione: vt quod ille fecit ex interitu tul-
liolæ filiæ. id ego iuſtius faciam ex morte amãtiſſimæ parentis: cu-
ius iacturam grauiſſimam fero: ſed iam ad inſtitutum redeamus. Cũ
doloris tractatus refricuerit nondum obductas cicatrices. Oileus il-
le apud Sophoclem: Sat notum duos aiaces nominitari. alterum oi-
lei:alterum telamonis filium: quorum interitus quotidie in ludis tri-
uialibus celebratur:cum aiax oilei fulmine mineruæ naufragio extin-
ctus expirauerit:Aiax vero telamonis ſibi ex furore mortẽ conſciue-
rit gladioq; incubuerit:Sophocles induxit oileũ conſolationibus fo-
uentẽ telamonẽ de morte aiacis. ipſe paulo poſt cũ audiſſet aiacẽ ſuũ
cruciabiliter peremptum eſſe fractus eſt dolore: nam vt ait terẽtiana
ſentẽtia. omnes cum valemus recta cõſilia egrotis damus:tu ſi hic ſis
aliter ſentias: Nec vero: verba ſophoclis moralia & terentianæ ſen-

vt ſua voluntate mœreat: natura
affert dolorẽ: cui quidẽ Grantor
inquiũt noſter cedẽdũ putat. præ-
mit enim atq; inſtat: nec reſiſti po-
teſt. Itaq; cum Oileus ille apud So
phoclem Telamonem ante de aia-
cis morte conſolatus eſſet: is cũ au
diſſet de ſuo filio fractus eſt. De cu
ius commutata mente ſic dicitur.
Nec vero tanta pręditus ſapientia
quiſquã eſt: aliorũ erũnam dictis
alleuans non idem cum fortuna
mutata impetũ conuertat: clade ſu
bita vt frãgatur ſua: vt illa ad alios
dicta & precepta excidant. hæc cũ

Acerba ſẽ
per bono
rũ mors.
Affectus
doloris
potẽtiſſi
mus.

Meditor
libellũ de
conſola-
tione

Duo aia-
ces

Terẽtia-
na ſnia;

tentiæ: quam recitauimus congruẽtia. Gratum ſe mortuis facere:
Seneca eleganter mortuus inquit aut beatus aut nullus eſt: beatũ de-
Superſti- flere inuidia eſt. nullum dementia. Superſtitõ muliebris: ſicut religio
tio quid. deos colit. ita ſuperſtitio violat quam docti nihil aliud eſſe autumãt
Supſtitio q̃ timorem ſuperfluum & delirum. ab aniculis dictam: quæ multis ſu
ſi. perſtites per etatẽ delirant
& ſtultæ ſunt. M. tullius in
ſecũdo de natura deorũ. ſu
pſtitiones aniles appellat: at
q; ſuperſtitioſum eſſe vitii
nomẽ ex eo dictum. ꝙ qui
totos dies præcabantur &
immolabant: vt ſibi ſui libe
ri ſuperſtites eſſent. ſuperſti
tioſi ſunt appellati. quod no
men patuit poſtea latius. La
ctantius ait ſuperſtitioſos di
cit qui ſuperſtitem memo-
riam defunctorum colunt:
qui nouos ſibi deos colen-
dos aſſumebant eos ſuperſti
tioſos vocabant. vnde eſt il
lud virgilianũ. vana ſuperſti
tio veterumq; ignara deorũ
ſuperſtitio vt inquit Sene.
error inſanus eſt. Amãdos
timet: quos colit violat: hoc
Aniculæ faciunt peculiariter mulier-
ſupſtitio- culæ que qbuſdã rebus ina-
ſæ. nibus addicte dũ volunt vi
deri nimis religioſæ. ſuper-
ſtitioſæ fiũt. & ita delirant.
Aĩa ami- In amatorio ſermone. aĩa
ca amanti vt inquit Plau. ẽ amica amã
ti. & vt ait quidã. amatoris
animus viuit in alieno cor-
pore. Catullus & omnes a-
maſii teſtantur: amicas ſibi
vita eſſe cariores a qbus vi
ta & anima puella nominatur. Dixit oratius: ꝑ quo bis patiar mori ſi
paſcẽt aiæ fata ſuperſtiti: Amator vt iquit Ariſtoteles in. viii. ethicorũ

diſputant: hoc ſtudent efficere na
ture obſiſti nullo modo poſſe. Ita
men fatentur grauiores ægritudi
nes ſuſcipi q̃ natura cogat. Quæ
igitur eſt amẽtia: vt nos quoq; idẽ
ab aliis reqramus: ſed plures ſunt
cauſe ſuſcipiendi doloris. Primum
illa opinio mali quo viſo atq; per
ſuaſo ægritudo inſequitur neceſſa
rio. Deinde etiã gratũ ſe mortuis
facere. ſi grauiter eos lugeant. arbi
trantur. Accedit ſuperſtitio mulie
bris quedam. Exiſtimant enim diis
immortalibus ſe facilius ſatiſfactu
ros: ſi eorũ plaga perculſi afflictos
ſe & ſtratos eſſe fateantur. ſed hæc
inter ſe quã repugnant plerique nõ
vident. Laudant enim eos: q æquo
animo moriãtur: qui alterius mor
tem æquo animo ferant: eos putãt
vituperandos: quaſi fieri vllo mo-
do poſſit: quod in amatorio ſermo
ne dici ſolet: vt quiſq̃ plus alterum
diligat quã ſe: Præclarũ illud eſt &
ſi queris rectum quoq; & verũ: vt
eos qui nobis cariſſimi eſſe debeãt
æque ac noſmetipſos amemus. At

aſpectu gaudet amati. Eque ac nos. prouerbiū græcū eſt εστιρο φιλοσαλλοσ αυτοσ .i.amicus eſt alter ipſe. & aliud σομα=τα μερ Δυο ψυΧΗΔαμια : corpora quidē duo anima autem vna: ꝙ expreſſit Ouid. illo verſiculo. Qui duo corporibus: mentibꝰ vnus erant. cariſſimos ergo amiciſſimoſq; tantū amare poſſumus q̃tū noſmet ipſos: ſupra nec fie=ri poteſt: nec peti debet: cū natura nihil nobis carius pē ſiuſq; nobiſmet ipſis eſſe vo luerit. Perturbatio vitę ca ritas quidē in nobis ordina ta eē debet. vt apoſtolica ſē tentia ꝓcipitur. ſed in pluri mis inordinata cōſpicitur. Dicitur autē amor ſiue cari=tas eē inordinata. cū aut hō id diligit: quod non debet: aut quos debet diligit: ſed plus iuſto diligit aut minus iuſto. Dilectionis enim libra ri debet modꝰ: auctor diuꝰ Hieronymus in omelia can tici tertia. Cū ad eos impe tū conuerterit: ſenſus eſt nō ſolatores: qui alios in dolo=re conſolari volūt confiten tur ſe miſeros eſſe: cū in eos retorquet impetus doloris: & caſus ipſe conuertitur ex quo fieri videtur: vt qui ſe patronos: in alieno negocio profitentur. illis ipſis in ſuo opus ſit patrono: & qui cō ſolator in alieno mœrore vi deri vult. ipſe in ſuo luctu cōſulandus ſit: quod vitiū ait. M. tullius eē culpæ nō naturæ. Quāuis copioſe: q̃tum vis. Aliter atq; aliter q̃.

Qui auari auaros: cōmune id ferme vitiū eſt: vt auarus dicat in aua ritiam: glorioſus gloriæ cupidū reprehendat: ingratus culpet ingra=tos. vnde ait ſeneca eſt illud graue vitium ingratos eſſe & intolerabi=le. & ꝙ diſſociet homines. ſed vſq; eo vulgare: vt illud nec qui que=ritur quidem effugerit, atq; inibi ex interuallo: fortaſſe inquit de quo

vero plꝰ fieri nullo pacto pōt. Ne optandum quidé eſt in amicitia: vt me ille pluſq̃ ſe amet: ego illū pluſ q̃ me. perturbatio vite ſi ita ſit atq; officiorum omniū cōſequatur. ſed de hoc alias: nunc illud ſatis eſt: nō attribuere ad amiſſionem amicorū miſeriam noſtrā: ne illos pluſquā ipſi velint: ſi ſentiebant: plus certe quam noſmetipſos diligamus. Nā quod aiunt pleroq; cōſolationi=bus nihil leuari: adiunguntq; con=ſolatores ipſos cōfiteri ſe miſeros cum ad eos impetum ſuū fortuna conuerterit. Vtrū diſſoluitur. ſunt enim iſta non nature vitia ſed cul=pe: ſtultitiam autem accuſare quā=uis copioſe licet: nam & qui non le uantur: ipſi alios ad miſeriam inui=tant Et qui ſuos caſus aliter ferūt: atq; vt aliis auctores ipſi ferunt: non ſunt vitioſiores: quā fere ple=riq;: qui auari auaros glorie cupi=

Amicꝰ al=ter ipſe.

Corpora duo aīa vna.

Caritas ordinata.

Inordina tus amor.

Auarus: Auariciā.

Qui aliēa reprēdūt vitioſi.

quereris ſi te diligēter excuſſeris in ſinu inuenies.idē in epiſtolis moralibus ait:iraſcēdū nō eſſe magiſter iracūdiſſimus diſputat. Lactātiꝰ quoqꝫ video inquit magnā partē eorū: q in ſcola de pudore & cōtinētia pcipiāt:argutiſſimȩ eoſdē in omniū cupiditatibus libidinū viuere

Duæ hoi manticæ

Aliorū vitia cernere:huic ſentētiæ cōgruit eſopi fabula: que tradit homines duas māticas hr̄e vnā ante:altera retro.in priorē aliena vitia mitti.in poſteriorē noſtra:q̄ abſcondimus & videre nolumꝰ. hoc Catullꝰ ſignat cū ait: nemo videt manticæ qđ in tergo eſt & perſius. vt nemo in ſeſe tentat deſcendere nemo. ſed pcedēti ſpectatur mantica tergo.ob hoc dixit oratiꝰ.Reſpicere igr oto diſcet pendētia tergo. idē alibi in hanc ſentētiam ſic elegāter ſcribit cū tua puideas oculis mala lippus inūctis:cur i amicorūvitiis tā cernis acutū quā aut aqla aut ſerpens epidaurius. Seneca taxans id genus hoīes pposteros : papulas inqt obſeruatis alienas:obſiti plurimis vlceribꝰ Cōſimilis eſt illa euāgelica ſentētia:q̄ eos accuſat. q in alieno oculo feſtucā videntes in ſuo trabē nō aſpiciūt.

Catullus.

Perſius

Oratius

In alieno oculo feſtucam.

dos glorioſi reprehendūt. Eſt.n. propriū ſtultitie aliorū vitia cernere: obliuiſci ſuorū. ſed nimirū hoc maximū eſt experimentū:cū cōſtet ægritudiné ex vetuſtate tolli:hanc vim non eſſe in die poſitā: ſed in cogitatione diuturna. nā ſi eadem res eſt:& idē homo eſt:qui poteſt quicq̄ de dolore mutari : ſineqꝫ de eo pp ꝙ dolet quicq̄ eſt mutatum neqꝫ de eo qui dolet.Cogitatio igitur diuturna nihil eſſe in re mali: dolori medetur nó ipſa diuturnitas. Hic mihi afferūt mediocritates: que ſi naturales ſunt: quid opus eſt conſolatione:natura enim ipſa terminabit modum: ſin opinabiles : opinio tota tollatur. ſatis dictum eſſe arbitror egritudinem eſſe opinionem mali præſentis:

Si eadem res eſt : exemplo res inſtruenda eſt vt magis colliqueſcat: amiſit pater filiū. angit̄ mœret cruciatur:dum iactura eſt recens:mox egritudo illa vetuſtate vel tollitur:vel lenit̄. & tn̄ eadem eſt orbitas vltimo die:que fuit primo.ita filio caret poſt decem annos:ſicut carebat a funere:nihil de eo propter quod dolet mutatum eſt.ex quo colligit Cicero egritudinem ſi eſſet naturalis debere eandem continenter permanere:nec vllo tempore imminui:ſed cum dies conterant oēs mœrores ex hoc rōcinatur. omnē vim egritudinis ex opinione naſci non ex natura. Nihil eā mali:ſenſus eſt.cogitationē diuturnā qđ nihil ſit in re mali:eē p medela doloris ac fomēto nō āt ipſā diuturnitatē.Me:

diocritates:tanq̄ mediocriter dolendū ſit:& modice mœrendū: peripatetici.n.affectus nō tollūt vt ſepe dictū eſt: ſed temperāt. Egritudinē ſuſcipere:tanq̄ ex officio ſit dolere:& triſtitia angi: vt ſi pater amiſit filiū in egritudine ſit:& in egritudine eſſe debeat ex officio:ꝓinde ac pietas & affectus paternus:hoc exigant ac depoſcāt in tantū vt q in tali caſu nō doluerit exiſtimet̃ culpabilis ipius in officioſus. Opinio recēs: interp̄tatur zeno opinionē mali recētē intelligi nō ſolū illā: q̄ tūc eſt recēter exorta: ſed & illā: q̄ viriditatē q̄dā retineat q̄uis vetuſta & diuturna ſit:exempli cauſa. Recens opinio luctus fuit in octauia auguſti ſoror̃.poſt obitum marcelli filii: que talis per omnem vitam fuit : qualis in funere : huic erat quotidie opinio illa recens doloris.cū ita mœreret lōgo interuallo: poſt filii mortem:ſicut luxerat die funeris.idem de arthemiſia dici poteſt que maritum mauſolū amaſſe fert̃ ſupra omnis amorū fabulas vltraq; affectionis hūanæ fidē. mauſolus aūt fuit rex cariæ:velut q̄dā græcarū hiſtoriarū ſcriptores dicūt ſatrapes:ideſt ꝓfectus.maritus & frater artemiſiæ:q̄ illo defuncto īperiū habuit: illiq; ſepulchrū extruxit illud memoratiſſimū dignatūq; nūerari īter ſeptē oium terrarū ſpectacula : a quo oia ſepulchra p̄cioſa ex nomine eius mauſolea nūcupant̃. vt docet diu⁹ Hieronym⁹ libro primo cōtra Iouinianū:& nos in cōmētariis Propti & Suetonii affatim retulim⁹: arthemiſia tabæ cōſūpta eſt vt ait Strabo ꝓpter luctū:quē ex viro ſūpſerat:q̄ prius luctu atq; deſiderio mariti defuncti flagrās:oſſa cinerēq; eius cōtuſa in pulueris faciē aquæ indidit ebibitque : Et ita mauſoli mariti viuū ac ſpirās ſepulchrū fieri cōcupiuit.auctores Geli⁹.Valeri⁹ Plinius.cæteri. Halicarnaſi:ciuitas eſt cariæ:regia principū: q̄ prius zephyra dicebatur: vbi eſt mauſoleum & ſalmacis fons: ex halicarnaſa fuit Herodotus hiſtoricus:item Heraclitus poeta:& Dionyſi⁹ ſcriptor antiquitatum : Quotidie recens : vt ſingulis diebus maritum

Opinio recens.

Recens luctus in octauia

Amor arthemiſiæ in maritū Mauſol⁹.

Mauſoleū inter ſeptē ſpectacula.

Halicarnaſus.

in qua opinione illud inſit:vt ægritudinē ſuſcipere oporteat. Additur ad hanc diffinitionē a zenone recte:vt illa opinio præſentis mali ſit recens. Hoc autē verbū ſic interpretatur : vt nō tantū illud recens eſſe velit:quod paulo ante acciderit.ſed quādiu in illo opinato malo vis quedā inſit & vigeat & habeat quandā viriditatē:tandui appellatur recēs: vt arthemiſia illa Mauſoli cariæ regis vxor:quæ nobile illud Halicarnaſi fecit ſepulchrum: quādiu vixit: vixit in luctu:eodēq; etiā confecta contabuit. huic erat

amittere videretur taliſq3 eſſet per omne tẽpus vitæ: qualis fuerat in funere defuncti. Aut ad aliã traducere ſicut amor lenit tranſlatus trãſfuſuſq3 ab amica in alterã amicã: ſic egritudo ſupprimitur aut ſedatur ſi ad aliã egritudinẽ traducta ſit: ſic medici aiunt veterẽ morbũ nouo morbo emoueri ac ſanari poſſe: in quã ſententiã eſt illud oratianum:

Morbũ morbo tolli

emouit veterẽ mire nouus vt ſolet in cor. traiecto lateris miſeri capitiſue dolore vt letargicus hic cum fit pugil: & medicũ vrget. Malũ illud oio: vt dicat conſolator ad eũ: quẽ conſolatur illud nõ eſſe malum: qđ ille tãtopere mœret & lamẽtatur. A malis ad bona: inter epicuri cyrias doxas: ita .n. appellãtur ſentẽtiæ principales & maximæ ratę: hec vna eſt: animũ a contẽplatu malorũ auocandũ abducẽdũq3 eſſe ad bonorũ preteritorũ recordationẽ: voluptatũ .n. perceptarũ recordatio vt inquit epicurus beatã vitã facit. Officio fungi putet: qui mœret ob idipſum vehemẽter mœret: qđ exiſtimat mœrorẽ illũ & luctũ eſſe officioſum: piũ debitũ: tãq̃ ita fieri oporteat: id circo debet cõſolator detrahere lugenti hanc opinionẽ officioſi doloris. Erat in tumore animus. ſicut mẽbrũ qđ in tumore eſt & turgidũ: vitioſe ſe habet: ſic tumens animus in vitio eſt & morbo Promethe[9] Aeſchyli. De hoc ante dictũ ẽ: quẽadmodũ .ſ. æſchylus tragicus poeta apud græcos tra

Cyriæ doxæ epicuri.

Tumens animus vitio.

illa opinio quotidie recens: quæ tñ deniq3 nõ appellabatur recens cũ vetuſtate exaruit: hæc igitur officia ſunt conſolantium tollere egritudinem funditus aut ſedare aut detrahere q̃plurimũ: aut ſupprimere: nec pati manare longius: aut ad aliam traducere: ſed qui vnum officium cõſolantis putẽt malum illud omnino non eſſe: vt Cleanti placet. ſunt qui non magnũ malũ vt peripatetici. ſunt qui abducunt a malis ad bona: vt Epicurus: ſunt qui ſatis putant oſtendere nihil inopinati accidiſſe: nihil mali. Chryſippus autem caput eſſe cenſet in conſolando detrahere illam opinionẽ merenti. ſi ſe officio fungi putet iuſto atq3 debito. ſunt etiam q hæc omnia genera conſolandi colligunt. alius enim alio modo mouetur: vt fere nos omnia in conſolationem vnã coniecimus erat. n. in tumore animus: & omnis in eo tentabatur curatio ſed ſumẽdum tempus eſt non minus in animorum morbis q̃ in corporũ: vt Promethus ille Aeſchyli: cui cum dictum eẽt. Atqui Prometheu te hoc tenere exiſtimo mederi rõne poſſe:

gediã fecit noie Prometheũ:in qua inducebatur prometheus affixus caucaſo intoleráter dolés:& erũnas flebiliter deplorãs . Atqui: ſed.

Qui tẽpeſtiuã medicinã:ait prometheus rationẽ mederi poſſe iracũdiæ ſi tẽpeſtiuiter adibeatur:cũ nihil ſit ſalutarius tẽpeſtiua medicina Nihil ſalubrius tẽ peſtiua medicina

Verũ interdũ ita noxia eſt medicina intẽpeſtiuiter admota: ſicut vul-

iracũdiæ:reſpondet:ſi quidé q tem peſtiuá medicinã admouens non adgraueſcés vulnus illidat manus. Erit igitur in cóſolantibus prima medicina docere aut nullũ malum eſſe:aut admodũ paruũ. Altera eſt & de cõmuni códitione vite & ꝓprie ſiqd ſit de ipſius qui mœreat diſputádũ. Tertia ſummá eſſe ſtultitiá fruſtra confici mœrore:cũ intelligas nihil poſſe profici. Ná Cleantes quidé ſapiété cóſolatur: qui cóſolatione nó eget. Nihil.n.eſſe malũ qđ turpe nó ſit ſi lugéti pſuaſeris: nó tu illi luctũ ſed ſtultitiam detraxeris. Alienũ auté tépus docendi: & tamé nó ſatis mihi videtur vidiſſe hoc Cleantes. ſuſcipi aliquádo ægritudiné poſſe ex eo ipſo:ꝙ non eſſe ſummũ malum cleantes ipſe fateatur. Quid eni dici-

nus leditur illiſu manus & tactu: vt ãt crudum adhuc vulnus medentiũ manus reformidat deinde patiẽ atq; vltro regrit:ſic recẽs animi dolor cõſolatiões reiicit ac refugit mox deſiderat & vehemẽter admotis quieſcit.

Altera.ſ.medicina De ipſius.ſ.vitæ cõdictiõe: leuaẽ .n. mœror dũ cõſolator oſtẽdit qualis ſit cõdictio humana fluxa.ſ. quaſſa & in lubrico pẽdẽs:vel dum de priuata cõditione vitæ illius q mœret diſſerit . Tertia.ſ. medicina. Nihil poſſe ꝓfici:ſolõ quod ante dictũ ẽ ideo dixit ſe lugere & dolere:qđ nihil ꝓficeret. Sapiẽtẽ cõſolatur:cleãtis philoſophi cõſolatio ſupuacanea ẽ vtpote ad ſolũ ſapiẽtẽ ptinẽs:putat.n.officiũ cõſolãtis eẽ:vt dicat lugenti illud nõ eſſe malũ ꝓp qđ lugeat: Cõſolatõ cleantis cũ nihil ſit malum qđ turpe nõ ſit:& ob hoc colligit nõ eſſe lugẽdũ ex obitu alicuius vel cariſſimi quia id malũ nõ eſt:cũ nõ ſit turpe: ſed in hoc peccat cleãtes : qđ ſapienti adhibeat cõſolationẽ:cui nulla cõſolatiõe opus eſt:alioq ſapiẽs nõ eſſet: ex cõſolatione cleãtis nõ luctus detrahitur lugẽti ſed ſtultitia:ſi illi hoc pſuaſum fuerit videlicet nihil eſſe malũ qđ turpe non ſit: qđ totũ ſtoicæ diſciplinæ eſt: verũ lugẽs ac mœrore cõfectus: cõſolãdus eſt cõſolationibus mitigatoriis:nõ autẽ docendus: an malum ſit quod turpe non eſt:illud.n.tẽpus docendi nõ eſt:ſed conſolandi: dũ recens:eſt mœror. Eũ nihil hominis eſſe: Platonis dialogi extant:



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Alcibiades caſtigatus a Socrate
Satyra Perſii ex platone ducta.

quibus titulus eſt alcibiades ſiue de voto. In his ſocrates caſtigat alcibiadē tanquam nihil hominē ac imperitū nimiſq; glorioſum: qḋ eēt in cōtione atheniēſiū dicturus quæ: neſciret: ac diſertaturus de iuſto & iniuſto: cū ipſe iuſtorū atq; iniuſtorū inſcius foret: ex quo platonico dialogo ductū eſt totum illud perſianū: hoc puta non iuſtū eſt illud male rectius illud. Deniq; tota illa ſatira ex Platonis archetipho formata: tradunt hiſtorici alcibiadē: a luxu: a voluptatibus a malis moribus traductū fuiſſe a ſocrate ad bonā diſciplinā: q diſcēdi ſtudio & ſapiētiæ amore pellectus exēplo cūctis amatorib⁹ adulatoribuſq; repulſis: ad ſocraticā diſciplinā aīum vertit: nuſquā recedēs a latere philoſophi ſapiētiſſimi. Demiſſa eſt itaq; ſuperbia galli. & animæ ad

mus: cū Socrates Alcibiadi perſuaſiſſet vt accepimus eū nihilominus eſſe. nec quicquā inter Alcibiadē ſummo loco natū: & quēuis baiulū intereſſe: cū ſe Alcibiades afflictaret: lachrymanſq; Socrati ſupplex eſſet: vt ſibi virtutē traderet: turpitudinēq; depelleret. Quid dicemus Cleātē: nū i illa re quæ ægritudine Alcibiadē afficiebat: mali nihil fuiſſe: quid illa Lyconis: qualia ſunt: q

Alcibiades ꝓcliuis ad luxum.

terrā depreſſæ. erat alicibiadi ingeniū vt tacydides probuſq; notificāt: ad incōtinētiā luxuriā voluptateſq; ꝓcliuiter ꝓpēſum. qḋ Socratica diſciplina ad frugalitatē reuocabat. Nā ſocrates adoleſcētē vt autor ē plutarchus monere & liberius accuſare nō deſiſtebat: oſtēdēs nullā in eo prudētiā nullā modeſtiā: nullū deniq; veſtigiū: eſſe virtutis: Itaq; eū q oēm ſuę vitæ curſū i molitiæ corporis ac libidinibus collocaret: nō eſſe hominē: ſed mōſtrū potius & imane quoddā aial appellādū. his ſocraticis caſtigationib⁹ Alicibiades ſeſe aflictabat: lachrimāſq; ſocratē: quē cōprimis admirabaṫ ſupliciter rogabat. vt ſibi virtutē traderet: quā amabat. vel imaginē potius: vt inqt Plato: gerebat amoris. oli i pugna deliaca ſocratē in magno ꝑiculo cōſtitutū ſol⁹ alcibiades ꝓtexit. Baiulū: ꝓ viliſſimo deſpectiſſimoq; poniṫ græci. βαστάζοντας. vocāt quos latini baiulos appellāt: ſunt autē: q onera humeris portāt: & vecturas onerū corpore ſuo factitāt: baiulare ē onera ferre: apud qntilianū in. vi. Ego te baiulare nō poſſū: q habuerint horoſcopū in ſecūda ꝑte tauri vt inqt Iulius firmic⁹ baiulabūt ſtercora latrinaſq; purgabūt. Quid dicemus cleāte: apoſtropha ad cleātē: q putat cōſolationē eſſe efficaciſſimā mōſtrare lugēti nihil mali eſſe i re quā luget. Quid lyconis. lycō philoſophus peripateticus eloquēs fuit: & i dicēdo ſuauis adeo: vt ꝓ lycō glycō noiareṫ: q̄ dictio dulcedinē ſignificat. Gultu & veſtiū moliciæ nitidiſſimus: lucta & pilari luſio

Alcibiades protexit ſocratem.
Baiulus
Baiulare.
Lycon pihloſophus
Glycon

ne exercebatˀ:periit podagræ morbo annos natus.lxxiiii.fuit alius ly-
con pythagoricus.Alius verſificator:alius epigrāmatariꝰ:hic de quo
loqmur philoſophus ꝑipateticæ ſectæ aſſectator ægritudinē moueri
aiebat ex incōmodis fortunæ tantū & corporis: animi mala exclude
bat:ex quo arguitur a Cicerone:oſtēdēte alcibiadis exēplo: egritudi-
nē ex animi quoqꝫ malis vi
tiiſqꝫ cōſtare. Nō tibi hoc Nō tibi
ſoli: hæc ē cōſolatio illa vſi hoc ſoli
tatiſſima : vt cōſolātes dica
mus lugēti:nō illi ſolū id cō
tigiſſe:ſed aliis inumerabili
bus nec primū nec vltimū
talia ꝑpeſſuꝝ:tāquā ſolatiū
ſit lugētis turba lugētiū : in
quā ſentētiā ē illud ex ſene
cæ tragedia. Dulce mœrēti
populꝰ dolēdū. Vt tulerit Dulce
qſqꝫ in cōſolādis lugētibꝰ mœrenti
debet cōſolator allegare exē populus
pla eorū:q cōſimiles erūnas dolēdū
aio ſubnixo tulerūt:ſicut ſe
neca dū cōſolatˀ polypiū in
ſolabiliter rapto de fratre do
lētē:refert exēplū africani:q Africanꝰ
mortuū fratrē tā magno a- fortiter
nimo deſiderauit : ꝗ defēde tulit obi-
rat:memorat emilianū qui tū fratris
adoleſcētulꝰ ac ꝓpemodū Exēplū
puer ſpectauit fer iūcta duo emiliani
rū fratrū funera: & tamē tā
to aio tulit illā ſubitā fami-
liæ ſuę vatiſtatē:quāto de-
buit ferre vir i hoc natꝰ: ne
vrbi romanę aut Scipio de
eſſet aut Carthago ſupeſſet: ꝑcēſet ēt duoꝝ locullorū direptā morte
cōcordiā:hęc aūt efficaciſſima ſūt fomēta ad mœrorē leniēdū tollē
dūue:cū hoies malint exēpla ꝗ verba:qa loq facile ē: p̄ſtare difficile. Malunt
Ad tēpus egritudinis: In ipſo mœroris momēto:& hora vix cura exempla
tio chriſippi pōt adhiberi:cū aius in tumore recēti collocatꝰ tales me ꝗ verba
delas aſpernetˀ. Dicebat autē chriſippꝰ in cōſolādo detrahēdā eē mœ
rēti opinionē illā officioſi debitiqꝫ doloris. Nō ſemꝑ vtimur eodē

ægritudinē extenuans : paruis ait
eam rebus moueri fortunæ & cor
poris incōmodis: nō animi malis :
qd ergo illud quod Alcibiades do
lebat nō ex animi malis vitiiſqꝫ cō
ſtabat. ad Epicuri cōſolationē ſa-
tis eſt ante dictū. Ne illa quidē cō-
ſolatio firmiſſima eſt: quāquam &
vſitata eſt & ſæpe prodeſt. Nō ti-
bi hoc ſoli : prodeſt hæc quidē vt
dixi.ſed nec ſemper nec omnibus.
ſunt enim qui reſpuant . ſed refert
quomodo adhibeatur. vt enim tu
lerit quiſqꝫ eorū qui ſapiēter tule-
rūt. nō quo quiſqꝫ incōmodo affe
ctus ſit predicandū eſt. Chryſippi
auctoritas ad veritatē firmiſſima ē
ad tēpus ægritudinis difficilis. ma-
gnū opus eſt probare merenti illū
ſuo iudicio: & quod ſe ita putet o
portere facere: mœrere. nimirū igi
tur vt in cauſis nō ſemper vtimur
eodē ſtatu:ſic.n. appellamus con-

De ſtatu ſiue cōſtitutione

ſtatu. M. Tul. Quintilian⁹: fortunatian⁹: martianus cæteri doctores rhetorici tradūt: In cauſis potētiſſimū eſſe ſtatū ſiue cōſtitutionē. Eſt autem ſtatus prima vt quidam dixerunt cauſarum conflictio: vel vt ſentit Quintilianus: quod ex prima cōflictione naſcitur exempli cauſa. Intentio eſt: feciſti homicidiū: depulſio eſt: nō feci queſtio an fecerit: hinc cōſtituto fit coniecturalis: fuerūt: qui duos tā ſtatus facerent: fuerunt qui quatuor: non defuerunt qui ſex: obtinuit ſententia eorū qui tres ſtatus generales eſſe dixerunt coniecturalem iuridicialem. finitiuum: in rhetoricis ad herenniū: pro finitiuo legalem inuenies: cui finitio ſubiungitur: tanq̄ generi ſpecies: vt igitur in cauſa nō ſemper vtitur Orator eadem conſtitutione ſiue ſtatu: ſed prout cauſa depoſcit modo cōiecturalis: modo iuridicialis: modo finitiu⁹ adhibetur: ſic ad egritudinē leniendam non ſemper eadem cōſolatione vt oportet: ſed cauſa & perſona merentis cū primis ſpectanda eſt: quoniā non eadem omnibus ſunt accommodata: Alius exēplis mouetur. Alius rationibus. In alio efficax erit epicuri: ī alio Chryſippi cōſolatio: vnicuiq; .n. ſui mores ſunt: ſuum ingenium: ſua natura: quibus cōſolator conſolationes ita accommodauit: vt orator cauſæ ſtatus ſiue conſtitutiones accōmodat. Nihil opinione affingatur ſapiens opinione non ducitur: vt lugeat: vt in egritudine ſit. non ſe luctu conficit: quia opinetur ita fieri oportere. Iā .n. ante dictū eſt opinionē exiſtimari fontē & originē ac cauſam nō ſolū triſtitiæ: ſed reliquarū quoq; perturbationū: quib⁹ ſapiēs nō aſſentitur: nec cedit: cui nihil malū vi-

Cōiecturalis.

Legalis

Iuridicialis.

trouerſiarum genera: ſed ad tēpus controuerſiæ naturam ad perſonam accōmodamus: ſic in egritudine lenienda: nam quā quiſq; curationem recipere poſſit: videndū eſt: ſed neſcio quo pacto ab eo: q̄ erat a te propoſitū: aberrauit oratio. Tu .n. de ſapiēte quæſieras: cui aut malū videri nulli poteſt: quod vacet turpitudine: aut ita paruum malum: vt id obruatur ſapientia: vixq; appareat. qui nihil opinione affingat: aſſumatq; ad ægritudinē nec id putet eſſe rectū: ſe q̄ maxime excruciari: luctuq; cōfici: quo prauius nihil eſſe poſſit. edocuit tñ rō vt mihi quidē videtur: cū hoc ipſū proprie nō quereretur hoc tēpore ne quidē vllū eſſet malū: niſi q̄ idē dici turpe poſſet: tñ vt videremus quicquid eſſet in ægritudine mali: id nō naturale eſſe: ſed voluntario iudicio: & opinionis errore cōtractū. Tractatū eſt autē a nobis id ge

detur:niſi qd turpe ſit. Eſt oium maximũ:triſtitia ſiue ęgritudo iter ceteras pturbationes potẽtiſſima ẽ:q̃ lãcinãt pcordia ex ẽ animũ: tor quet hominẽ:& plane carnificina ẽ. Certa q̃ de pauptate hec tãq̃ ſpe cies generi ſubiciũt:vt de pauptate dicere:de vita inhonorata.de exi lio:& cæteris calamitatib⁹:q̃ oia afferũt egritudinẽ. Vita i gloria:tu tior iterdũ & beatior ẽ vita i gloria:q̃ glorioſa.hinc illud votũ tragici poetæ Me metellus lare ſe creto tutoq̃ tegat:apud vir giliũ Mauult ille mutas agi tare inglorius artes:qdã vi tã inhonoratã exiſtimãt eẽ ſuppliciũ: vnde fit vt ambi ant: rogẽt ſupplicẽt: iniu rias & cõtumelias nõ pau cas perferãt: vt ad honores cupitos exãbitoſq̃ aliqñ p ueniãt: hinc a ciprião dictũ ẽ vere ac decẽter:faſcib⁹ il le oblectatus & honoribus: eẽ priuatus & inglorius nõ põt:hic ſtipatus cliẽtũ cune is frequẽtiore comitatu:of ficioſi agminis honeſtatus penã putat eẽ cũ ſolus ẽ. In ſingulos libros:vt ſingulati ſeparatimq̃ diſputẽt:de exi lio:de cecitate:de pauperta te:& reliquis. quarũ rerũ ſin gularũ ſunt propriæ conſo lationes. Opus querũt. or do eſt: opus querũt delecta tionis:q̃q̃ & ſũt diſputatio nis:ſenſus eſt: querunt talia ſcribendo delectare:quis & talia diſputationibus plane conueniant: qui tollit egri tudinẽ imitatur medicũ cor pori medentem: qui nec minimam quidem partem omittit: quin curet. Si quid tenebrarum offudit exilium: Exilium vt definit Se neca in libro de conſolatione: ad albinam: eſt loci commutatio: hanc autem loci commutationem ſequuntur incommoda:ob que:vi

Vita in gloria.

Exãbiti honores.

Exiliũ qd

nus egritudinis q̃ vnũ eſt omniũ maximũ: vt eo ſublato reliquorũ remedia: ne magnopere querenda arbitraremur. ſunt .n. certa quę de paupertate:certaq̃ de vita inhono rata & in gloria dici ſoleant.ſepara tim aũt certe ſcholę ſunt. de exilio de interitu patriæ: de ſeruitute. de debilitate: de cecitate: & de oi ca ſu.in quo nomẽ poni ſolet calami tatis:hec gręci in ſingulas ſcholas & in ſingulos libros diſpertiunt. Opus.n. querũt: quãquã plane di ſputationis ſunt: delectationis. & tamẽ vt medici toto corpore curã do minimę etiã parti ſi condoluit medẽtur. ſic philoſophia cum vni uerſam ægritudinẽ ſuſtulerit:tamẽ ſi quis error aliũde extitit:ſi pauper tas momordit:ſi ignominia pupu git:ſi quid tenebrarũ offudit exiliũ aut eorũ q̃ modo dixi ſi qd extitit: & ſi ſingularũ rerũ ſunt pprię cõ ſolationes: de qbus audies tu qdẽ

detur exiliũ eſſe res miſera: calamitoſa: quo claritudo fœlicitatis obſcureť: veluti: tenebris offuſis: ſed cũ naturalis q̃dã aĩs mortaliũ irritatio iſit cõmutãdi ſedes: trãſferẽdi domicilia: atq; pegrinãdi: nõ video qd tãtũ mali i ſe cõtineat exiliũ: qđ quaſi pegrinatio q̃dã eſt & cõmu

Exilium

tatio loci: quẽ quotidie ĩfinita multitudo cõmutat. M. Tul. i orõne p

Profugiũ nõ ſupplicium.

au. cecina. exiliũ inqt ſupplíciũ nõ eſt: ſed ꝓfugiũ: portuſq; ſupplicii nã qui volũt pœnã aliq̃ ſubterfugere: aut

Solũ vertunt.

calamitatẽ eo ſolum vertũt hoc eſt ſedẽ ac locũ mutãt: Itaq; nulla i lege nr̃a repieť: nec apud cęteras ciuitates: maleficiũ vllũ exiliũ eẽ mulctatũ: ſed cũ oẽs vicla neces ignominiaſq; vitãt: q̃ ſũt legib⁹ cõſtitutę: cõfugiũt: q̃ſi ad arma i exiliũ. itẽ i orone

Exul nomen calamitatis.

ꝓ domo ſua exulẽ ait nomẽ eẽ calamitatis nõ turpitudinis: vbi ãt turpitudo nõ eſt malũ eẽ nõ põt. ex ſtoicoꝝ decretis. Qđ fruſtra ſuſcipiať: egritudo fruſtra ſuſcipiť cũ mœrẽdo lugẽdoq; nihil

Nihil ꝓ futurum.

ꝓfici poſſit. Ideoq; ait ſeneca: illud te nõ minimũ adiuuerit: ſi cogitaueris nihil ꝓ

Dolorem

futurũ dolorẽ tuũ: nec illi quẽ deſideras: nec tibi: nã ſi qcquã triſtitia ꝓfecturi ſum⁹: nõ recuſo qcqd lachrymarũ fortunæ ſupfluit: tuæ fun

Contractio ai.

dere. Cõtractiũculæ: quaſi pũctiũculæ q̃ naturales ſunt contractio .n. animi eſt ex mœrore: ſicut cõtractio frontis ex triſtitia. Qđ cũ ſapiẽtia eẽ: ſi inſapiẽtẽ egritudo nõ cadit: nõ põt eẽ cõtuberniũ egri

Regulæ grãmatices rancidæ.

tudinis & ſapiẽtię vbi. n. ille ẽ hæc nõ adeſt: vbi hęc adeſt: illa abeſt. Atqui: ſed. Quã multæ: grãmaticæ regulæ: q̃ interdũ fetutinæ ſũt & rancidæ. dicerẽt p multæ q̃ plurimæ. vel p quã multæ: ſed q ſeruit elegãtiæ vtrũq; ꝓ loco decẽter vſurpat: ſic cæſar: mũdiſſimus elegã

Quã magnus

tiſſimuſq; ſcriptorũ dixit: q̃ magnũ nũerũ iumẽtorũ atq; hominũ intercipiũt: ſic. Q. curtius inter claſſicos ſcriptores ſpectatiſſimus ait: p

Per q̃ maximus

q̃ maximo põt exercitu compato. Trũco euerſo: pſtat in trãſlatione arboris: noĩe trũci ſignificãs ægritudinẽ: noie ſtirpiũ & radicula

cũ voles: ſed ad eũdẽ fontẽ reuertẽdũ ẽ: ægritudinẽ omnẽ ꝓcul abeſſe a ſapiente: ꝙ inanis ſit: quod fruſtra ſuſcipiatur. ꝙ nõ natura exoriatur. ſed iudicio: ſed opiniõe: ſed quadã inuitatione ad dolendũ: cũ id decreuerimus ita fieri oportere: hoc detracto quod totũ eſt volũtariũ: ægritudo erit ſublata mœrẽs morſus tamẽ & cõtractiũculæ quedã animi relinquẽtur: hãc dicãt ſane naturalẽ: dũ egritudinis nomen abſit. graue. tetrũ. funeſtũ. quod cũ ſapiẽtia eſſe: atq; vt ita dicã habitare nullo modo poſſit Atq ſtirpes ſunt egritudinis: quã multe: quã amare: que ipſo trũco euerſo omnes elidende ſunt: & ſi neceſſe erit

rum agnatas perturbationes: que ex egritudinis fonte in riuos dedu
cūt: & ex hoc trūco veluti ſtirpes fibræq; ſoboleſcūt: ex quo fit vt e=
uerſo trūco elidāt ſtirpes: vt ſublata egritudine reliqua tollāt. Cuiuſ
modi eſt: hoc ideo dixit tāq̃ id ociū minus gratū ſit: q̃ negocia foré=
ſia: & ſenatoriæ occupationes: qbꝰ florēte. re. pu. dominabatur: tūc ve
ro frigebat ī otio: cū oia ad
vnius cæſaris nutū forēt de
uoluta. Et emulari & obtre
ctare: videt̄: hæc idē ſignifi
care: ſed tñ aliqd differūt:
q̃ oia egritudini ait eſſe ſub
iecta: de qbꝰ ꝓxima tuſcula
na copioſiꝰ diſſeret. Fibrę — Fibrę
ſtirpiū: quaſi adiculæ minu
tæ: & veluti capillamēta i ex
tremo ęgritudinis trūco ad
hereſcētes: fibrū. n. antiq ex — Fibrum:
tremū dixerūt: vt docet. M.
Varro. vnde fibrę dictę ex=
tremitates i iecore & fibrię i
veſtimētis: & fibrę in arbo
ribꝰ & herbis: pliniꝰ i. xix. tu
bera vocāt̄ hæc vndiq; ter=
ra circūdata nulliſq; fibris i
nixa aut ſaltē capillamētis.
Elidēdę: ſuffocāde: ſtran
gulande: effringende: ita vt
reuiuiſcere ac repullulare nō
poſſint. Non idē arduū:
Vetus verbum eſt: omnia p̄
clara ardua eſſe & rata: alio — Oē p̄cla=
qui nihil preclarū haberetur — rū arduū.
niſi difficultas ſubeſſet: q̃ fit
prętioſum. Domiciliū virtu
tis: vt inquit Siliꝰ. in arguo
colle & edito ſitum eſt. Cu
rationem: tranſlatio a medico cuius propria curatio eſt: tanquam phi
loſophia proprie ſit medicina animorum: ſicut medicina corporum — Philoſo=
philoſophia exiſtimatur germanæ enim ſunt & copulatę philoſophia — phia.
ac medicina. — Medicia.

ſingulis diſputationibus: ſupeſt. n.
nobis hoc cuiuſmodi eſt ociū: ſed
ratio vna omniū eſt egritudinum.
plura nomina: ná & inuidere egri
tudinis eſt: & emulari: & obtrecta=
re: & misereri: angi lugere mœrere:
erūna affici lamentari: ſolicitari: do
lere: in moleſtia eſſe: afflictari: deſpe
rare. Hec omnia diffiniūt ſtoici: ea
q; verba que dixi ſingulariū rerum
ſunt non vt videtur eaſdem res ſi=
gnificāt. ſed aliqd differunt. quod
alio loco fortaſſe tractabimus. hec
ſunt ille fibre ſtirpium. quas initio
dixi perſequendæ: & omnes elidē=
de: ne vlla vnquam poſſit exiſtere.
Magnū opus & difficile: qs negat
Quid aūt preclarū. nó idē arduū
ſed tamen id ſed effectura philoſo
phia ꝓfitetur: nos mō curationē
eius Recipiamꝰ. Verū qdē hec ha=
ctenus. Cetera quotiēſcūq; voletis
& hoc loco: & aliis parata vobis
erunt.

Tertii Libri Finis.